



a  
50

Aa 6850

, sekkr.





# SYNOPSIS

Veteris Testamenti

HISTORICA

Legalis & Prophetica  
Concatenata.

SIVE

Dictata Scripturistica sub Lectionibus  
quotidianis explicanda discutienda  
& emendanda

OPERA

PP. Lectorum Actualium S. Scripturæ Prov.  
Germ. Infer. FF. Minorum Recoll.



Antverpiæ ; Apud Viduam WILLESENS , sub  
signo S. Ignatii , 1698 .

1 f. 843

ALBANY

Imperial Photo

AD 1907 C 1 H

Volume 53 Number

October 1907

IV 12

Archiv für katholische Theologie

herausgegeben von der Katholischen Universität zu Berlin

unter Leitung von Prof. Dr. A. J. F. Kirschner

und Prof. Dr. W. H. Strobel

und bearbeitet von einem Kreis von Fachleuten

unter Leitung von Prof. Dr. W. H. Strobel

und bearbeitet von einem Kreis von Fachleuten

unter Leitung von Prof. Dr. W. H. Strobel

und bearbeitet von einem Kreis von Fachleuten

unter Leitung von Prof. Dr. W. H. Strobel

und bearbeitet von einem Kreis von Fachleuten

unter Leitung von Prof. Dr. W. H. Strobel

und bearbeitet von einem Kreis von Fachleuten

unter Leitung von Prof. Dr. W. H. Strobel

und bearbeitet von einem Kreis von Fachleuten

unter Leitung von Prof. Dr. W. H. Strobel

und bearbeitet von einem Kreis von Fachleuten

unter Leitung von Prof. Dr. W. H. Strobel

69-8576

Seminar  
für Katholische Theologie  
Freie Universität Berlin

## Prefatio.

**H**Umilis S. FRANCISCI ASSISTATIS Religio, ab incunabulis vitam mixtam ex actiuâ & contemplatiua professa, pro solido vtriusque fundamento assumpsit studium Sacræ Scripturæ. Huius primum Magistrum Seraphicus Pater instituit fratrem Antonium seu S. Antonium a Padua circa annum 1222. Hic e S. Scriptura excerptis Concordantias morales Sacrorum Bibliorum hodie dum extantes Typisque Romanis impressas ac SS. Domino Papæ Urbano VIII. dedicatas, & distinctas per quinque libros. Primus agit: *de depravatione primi hominis cum suis oppositis.* Huius pars 1 de peccato & eius effectu. 2 De vitijs principalibus & suis oppositis. 3 De vitijs oris & suis oppositis, ac de sensibus. 4 De prædictis vitijs coniunctim & eorum oppositis. Secundus agit: *De ijs quæ pertinent ad Deum cum suis oppositis.* Huius pars 1 de prouocatione conuersionis ad pænitentiam & de nouiter converso. 2 De modo convertendi, qui præcipue consistit in contritione confessione & satisfactione. Tertius agit *de vitijs, quæ pertinent ad bene pugnantem, & succubentem in bello spirituali cum aliquibus oppositis.* Huius pars 1 de temptationibus diaboli, persecutiōne multiplici, vtilitate tribulationis, diuinis auxilijs, perseverantiâ in bono, & coronâ vitae æternæ, quæ debetur bene pugnanti. 2 De inconstantia, recidiuatione perseverantiâ in malo, consortio bono & malo & pænâ æternâ, quæ debetur succubenti in bello spirituali. Quartus agit: *de ijs, quæ pertinent ad perfectum virum cum suis oppositis.* Huius pars 1 de virtutibus cardinalibus. 2 De Theologicis cum aliquibus oppositis. 3 De vita actiuâ cum suis oppositis. 4 De vita contemplatiua cum suis oppositis. Huius pars iterum prima, cogitatio,

Prefatio.

2 Meditatio sapientiae & de Sapientia diuina : 3 Oratio:  
4 Invisibilium siue Dei contemplatio. Quintus agit:  
De diuersis Personis & ad eos pertinentibus cum aliquibus  
oppositis. Huius pars 1 agit de Sacerdotibus : Prælatis  
& subditis. 2 De corriente correctore & prædicato-  
ribus. 3 De Dominis & seruis. 4 De Iudicibus Advo-  
catis & oppressoribus pauperum. 5 De parentibus &  
filijs. 6 De Vnitate & Trinitate Dei , Christo & Anti-  
christo. 7 De diuersis materijs & ad diuersos status:  
Solitarios. Claustrales , Moniales , Ordinandos , Ma-  
gistros, Scholares, Curiales, Mercatores, Medicos, Pau-  
peres, Leprosos & peregrinos. 8 De sanctis secundum  
ordinem Kalendarij in singulari, & de communi Sancto-  
rum. Ob hæc & similia studia. SS. D. Papa Greg. IX  
Antonium nuncupabat : Arcam Testamenti. Moritur  
anno 1231 & inter sanctos relatus est 1232 die festo  
Pentecostes.

Decennio circiter post mortem Antonij Patavini flo-  
ruit F. Alexander de villa Dei Franciscanus. Hic docuit  
fratres S. Scripturam & anno 1252 erecto in Universi-  
tate Parisiensi per Robertum Sorbonam Collegio Sorbo-  
nico, inter primos Doctores Sorbonicos promotus est.  
Hic omnia S. Scriptura capita ( exceptis Psalmis ) 212  
versibus Hexametris complexus est. Singulis capitibus  
tribuit vocem vnam indicantem materiam principalem  
capitis correspondentis. Floruit circa hæc tempora  
Doctor Seraphicus Bonaventura , mortuus anno 1274.  
Hic serm. 19 de modo studendi in S. Scriptura, & proficien-  
di monet : Modus studendi debet habere 4 conditio-  
nes : ordinem, assiduitatem, complacentiam, comen-  
surationem ... Ordines sunt 4 genera Scripturarum circa  
quæ oportet ordinatè procedere & exerceri .. primi li-  
bri sunt S. Scripturæ in veteri Testamento 22 & in  
novo 8.

*Praefatio.*

nouo 8. Secundi libri sunt originalia Sanctorum. Tertiij sententiæ Magistrorum. Quarti doctrina mundialium siue Philosophorum. Studere debet Christi Discipulus in S. Scriptura , sicut pueri primò addiscunt a.b.c. d. & postea syllabisare,& postea legere,& postea quid significet pars ... S. Scriptura in magna cautela legenda est.

Secundò oportet habere assiduitatem : impedimentum enim maximum Lectio vagabunda , quasi placens modo hoc, modo illud. S. Scriptura primò faciem obscuram habet , postea quando frequenter videtur , efficitur familiaris.

Tertiô oportet habere complacentiam : sicut enim Deus Proportionauit gustum & cibum, quia cibus dat saporem gustui , qui habet vim discretiuam ; sic primò oportet sumere S. Scripturam , postea masticare dein incorporare.

Quartum est commensuratio , vel non plus sapere, quam oportet .... qui autem vult in hoc studio proficere , oportet quod habeat sanctitatem , ut possit studere ad vitam timoratam, impollutam, religiosam, ædificatoriam.

Anno 1317 florebat Petrus Aureolus Franciscanus , Archiepiscopus Aquensis & S. R. E. Cardinalis. Hic elaborauit aureum Breuiarium Bibliorum, siue compendium sensus litteralis totius S. Scripturae : dans Regulas ad intelligendum sensum necessarias & diuisiones accommodas in 8 partes diuisum.

In Belgio nostro ac Conventu Lovaniensi Fratrum Minorum ante Concilium Tridentinum , F. Amandus zie-riczeensis , qui scripsit Chronicon mundi ad annum 1534, docuit S. Scripturam , uti F. Franciscus Titelman- nus , F. Adamus Sasbout alijque multi.

Præfatio.

Sacrosanctum Concilium Tridentinum sess. 5. De Reform. c. 1. ordinat vbiique studium S. Scripturæ. De Regularibus dicit: In Conventibus Regularium, in quibus studia commode vigere possunt S. Scripturæ lectio simili- ter habeatur: quæ lectio a Capitulis generalibus vel Pro- vincialibus assignetur dignioribus Magistris. in Gymnasijs etiam publicis, ubi tam honorifica & omnium maximè ne- cessaria lectio hactenus instituta non fuerit, religiosissimorum Principum ac Rerumpublicarum pietate & charitate ad Ca- tholicæ Fidei defensionem & incrementum, sanæque doctri- nae conseruationem & propagationem iustituatur. Et ubi instituta foret, & negligeretur restituatur. Viridi horum obseruantiae incumbendum.

Quoad Ordinem Seraphicum, Statuta generalia Bar- chinonensia ordinant c. 7. t. 6. n 3: Statuimus ut in omnibus Conventibus qui sunt capaces plurium fratrum sit S. Scripturæ, vel ad minus S. Theologiae moralis lectio. Or- dinationes Provinciæ nostræ dant quotidie vnam ho- ram lectioni Scripturisticae, in qua compendiose explican- dus scopus & sensus litteralis S. Textus, abstrahendo & quæstionibus extraneis tam Philosophicis quam Theologicis, ac etiam profanis ad S. Scripturam non pertinentibus. Stu- dium itaque hoc Sacrum conatur Ordo Seraphicus ma- nutenere, & quantum possibile promouere. Sed quia tempus studij breue, nempe quadriennium sub Magi- stro, & materia vasta ac dispersa, schola Seraphica pro- fecit per compendia varia, pro temporum varietate & studiosorum docibilitate variata. Tempora mutantur, & nos mutamur in illis canit Poeta: Verbum autem Domini manet in æternum I. Pet. 1. 25. Huic nec addere nec demere licet, nec quidquam mutare, nisi constet de er- rore transscribentis aut Typographi. Dum non constat de errore tali, apparentes antilogiae & falsitates expli- cande

*P r a f a t i o .*

candæ , & textus textui concordandus : potissimum in punctis fidem & mores ac doctrinam Christianam tangentibus. Itaque actuales hodie *s. Scripturæ* lectores loco dictatorum quotidianorum , vnanimiter concinnare & explicare ceperunt Synopsin Compendiosam hanc impressam *Veteris Testamenti* , quo amplius supersit tempus ad explicandum etiam *Nouum Testamentum* sub quadriennio. Hoc expleto , facile sine Magistro ex *S. Textu* semet ipsum explicante in locis obscurioribus per clariora & recursu ad aliquem Interpretem consequentur obscuros sensus litterales. Hi Interpretes pariter subministrabunt sensus *Mysticos*.

Seponimus pro nunc librūm *Job* : *Psalterium* : *Proverbia* : *Ecclesiasten* : *Cantica* : *Sapientiam* : *Ecclesiasticum* , quia superant Tyronum captum magna ex parte. Discent & scient Deo dante postea. Difficiliora & *Mystica* in Prophetis maioribus pariter omisimus, contenti annotatione eorum quæ tangunt Historiam & scopum Prophetiæ ac adimptionis. Damus quoque locum aliquibus coniecturis circa tempora generationum Patriarchalium , dum *S. Textus* sub mōra in *Ægypto*, vix quidquam edisserit , & saepe notabilia intervalla temporum intersunt inter historiam vnam *S. Textus* & alteram immediate in *S. Textu* sequentem. Pro supplemento intervallorum tantorum & concatenatione aliquali ad intelligentiam Studiosorum , recurrere oportuit ad historias alias profanas contemporaneas, antecedentes & subsequentes. Et quia ipsi Historicī, uti Interpretes *S. Scripturæ* multum a se invicem discrepant , ratione diuersorum principiorum quibus innituntur , nec possibile sit vnum alteri clarè conciliare , potissimum secuti sumus *Chronologiam reformam* *Jo. Bapt. Riccioli* continentem doctrinam tempo-

*Prefatio.*

rum fundamentalem ad conclusiones redactam, & multa Scripturistica complectentem. Dum errores aliquos tempus deteget in antecedentibus, hi corrigentur in sequentibus.

*Approbatio Theologorum Ordinis*

Hæc *Synopsis veteris Testamenti Historica*, *legalis & Prophetica* meretur Imprimi ad communem S. Scripturæ Studentium utilitatem. Ita censebamus Antuerpiæ in Conventu FF. Minorum Recollectorum Anno Domini 1698 16 Octobris.

F. Bonaventura vanden Dijcke S. Theol. Lect. jubil.  
F. Guilielmus van Goorlaecken S. Theol. lect. jubil.

**F A C U L T A S**

*A. R. Patris Ministri Provincialis.*

Infrascriptus FF. Minorum Recollectorum Provinciæ Germaniæ inferioris Minister Provincialis desidero & facultatem facio ut hæc *Synopsis Veteris Testamenti Historica*, *legalis & Prophetica* servatis de juve servandis tijpis edatur. Datum Antuerpiæ in Conventu Nostro FF. Min. Recoll. 16 Octobris 1698.

**Fr. Corn. de Vroom.**

Minister Provincialis

*Censura*

*Ordinary Censoris.*

Vtiliter Imprimetur, datum Antverpiæ 18 Octobr. 1698

**A. HOEFSLAGH.**

*Eccl. Cathed. Cap. Grad. Libr. Censor.*

# S I N O P S I S

## PSALTERII DAVIDICI

E T

Breviarii Romani.

**P** Salterio Dávidico 150 Psalmorum Laudamus in dies Deum per relata & acta in veteri, ac pleraque agenda in novo Testamento, esto nullus in Psalmis servetur ordo temporum aut rerum gestarum, ut in omni Psalmo habeatur abundans Deum Laudandi materia. hunc in finem S. Mater Ecclesia ita distribuit Psalmos in officio diuino, ut in omni hebdomada, si quotidie Officium de feria, recitemus totum psalterium. Psalmi matutini præter venite exultemus sunt 90. vespertinorum 35. servant hi 125. fere ordinem numerali psalterii, Psalmi Laudum 14: parvarum horarum 8: Completorii 4. hi 25 matutinis & Vespertinis Psalmis in Psalterio sunt permixti, primumque discernendi.

Psalmi Laudum de Dominica 7. sunt: 92. Dominus regnavit: 99. Iubilate Deo omnis terra: 62. deus deus meus ad te: 66. Deus misereatur nostri ( canticum trium puerorum. Benedicte omnia opera domini domino) 148. laudate dominum de celis: 149. Cantate domino canticum novum laus eius: 150. Laudate dominum in sanctis eius. Psalmi feriales alii 7. 50. miserere mei Deus secundum, omni feria. 2. feria. 5. verba mea auribus percipe (Canticum Isaiæ. Confitebor tibi domine quoniam iratus) 3. feria 42. Judica me Deus ( Canticum Ezechiæ ego dixi in dimidio) 4. feria. 64. Te decet hymnus (canticum Annæ

Exultavit cor meum) 5. feria, 89. Domine refugium (canticum populi Israel. (Cantemus Domino) 6. feria, 142. Domine exaudi orationem meam, auribus (canticum Habacuc Domine audivi orationem) Sabbatho, 91. Bonum est confiteri Domino (Canticum Moysis, Audite celi quæ loquar) in laudibus indies concludit canticum Zacharie Benedictus Dominus Deus Israel, uti in vesperis Canticum B: V: Mariæ Magnificat, & in Completorio Canticum Simeonis Nunc dimittis.

Psalmi communes parvarum horarum. 53. Deus in nomine tuo & 118. Beati immaculati, Particulares vero 117. Confitemini Domino quoniam bonus, pro Dominicæ: 23. Domini est terra. pro feria 2. 24. Ad te Domine levavi pro feria 3. 25. Iudica me Domine quoniam, pro feria, 4. 22. Dominus regit me, pro feria, 5. 21. Deus Deus meus respice, pro feria 6. Psalmi Completorii omni die. 4. Cum invocarem, 30. In te Domine speravi: 90. Qui habitat in adjutorio & 133. Ecce nunc benedicite, hi 25 ordinem Psalterii, non servant.

Matutinum Dominicæ recitat 18. psalmos primos Psalterii e 20. demptis 4. & 5. matutinum feriæ 2. recitat 12 a 26 ad 37. Matutinum feriæ 3, 12 a 38 ad 51, demptis 42 & 50. Matutinum feriæ 4, 12 a 52 ad 67. demptis 53. 62. 64. 66. Matutinum feriæ 5. 12 a 68 ad 79: Matutinum feriæ 6. 12 a 80 ad 96. demptis 89. 90. 91. 92. & 94. Matutinum Sabbathi 12, a 97 ad 108. Psalmi vesperarum indies 5, incipiunt a 109 ad 147, demptis 117. 118. 133, & 142. per hæc pauca habes omnium Psalmorum in divino officio recitatorum loca, in officio de Domino Sabaoth, de Domina, de Sanctis, defunctorum &c. habes Psalmos hinc unde demptos & facile reperibiles.

Præter Psalterium etiam recitat Breviarium Romanum

Synopsis Psalterii & Breviarii.

3

num fere omnes S. Scripturę libros. A septuagesima ad Lætare recitat e *Genesi* historiam creationis, *Adami*, *Noë*, *Abram*, *Isaac*, *Jacob*, *Joseph*. Dominicā Lætare de *Exodo* Historiam *Moysis*. A Dominicā SS. Trinitatis ad Augustum recitat *Libros 4. Regum*: Mense Septembris historias *Job*, *Tobiae*, *Judith*, *Esther*: Mense octobris historiam *Machabaeorum*: Mense Augusto *Proverbia*, *Ecclesiasten*, *Sapientiam*, *Ecclesiasticum*: in Adventu *Ifaiam*, a Dominicā Passionis ad Pascha *Jeremiam*: Mense Novembri *Ezechielem*, *Danielem* & 12, Prophetas minores. Hæc e veteri Testamento, ad novum pergamus.

A Dominicā infra octavam Nativitatis Domini ad Septuagesimam recitat 14 Epistolas Pauli. Primo ad Rom. Dominicā j. post Epiph. j. ad Cor. Dom. 2. 2. ad Cor. Dom. 3. ad Galatas. feria 4 ad Ephes. Dom. 4. ad Philipp. feia 3. ad Coloss. feria 5. ad Thes. j. Sab. ad Thessal. 2. Dom. 5. ad Timoth. j. feria 3. ad Tim. 2. feria 5. ad Tit. Sab. ad Philem. Dom. 6. ad Hebr.

Post Dominicam in albis *Acta Apostolorum*. Dominicā Tertiā post Pascha *Apocalipsim*: à Dominicā 4. post Pascha ad Pentecosten omnes Epistolas Catholicas. Hæc omnia in feriis & primis nocturnis Dominicarum & festorum. In secundis nocturnis pro lectionibus recitamus SS. Patres & Historias Ecclesiasticas. In tertii nocturnis ac feriis adventus & quadragesimæ, quatuorve temporum *Euangelia* & Homilias SS. Patrum super iis. Ita prælegit nobis S. Mater Ecclesia indies partem, & annuē quasi totam S. Scripturam, ejusque expositiones. Nostrum est ulterius scrutari ut asequamur litterales & miſticos sensus. hos in Monasteriis sub prandio & cœna regulariter administrat lectio mensalis.

**Synopsis Historia Sacra c Pentateuchos.**

Creato in principio temporis ex nihilo a Deo cœlo empireo, Angelis & mundo reliquo, die mundi tertio separatae sunt aquæ inferiores in locum unum, & apparuit arida terra. In hac Deus posuit paradisum voluptatis cum 4 fluviis, versus Orientem respectu terræ in qua primus homo die sexto erat creandus (hæc terra postea fuit *Chanaæa*. ) in agro Damasceno circa locum postea *Hebron* inter mare mediterraneum & vallem silvestrem, quæ postea mare mortuum, *Adam* translatus in Paradisum voluptatis ad orientem. In hoc creata *Eva*, ac seducta. Hinc ambo ex Paradiſo expulsi ad terram, de qua *Adam* formatus agrum Damascenum sunt iterum translati. Hic *Adam* generavit Cain & Abel cum aliis prolibus, cum quibus terram illam colere cœpit, uti posteri eius. *Abele* post 128. annos circiter a *Cain* occiso, *Adam* anno 130 vel 230 gentiit *Seth*, *Cain* preter alios genuit *Enoch*, & pro refugio ædificavit civitatem *Enoch*, ad radicem *Libani* montis. Terra ab *Adamo* inhabitata *Sancta* nomen obtinuit, & a S.S. Patriarchis inhabitata fuit potissimum, donec malitia ibidem & circumquaque prævaleret, ad diluvium: Sub quo solæ octo animæ seu homines salvati.

Diluvio finito quievit arca in montibus *Ararath* qui *Armenia* sunt, ex his pedetentim generando terramque idoneam colendo descendebunt ad loca cultui aptiora versus Orientem & Austrum ac ad planiora colonias aliquas indubie hinc inde constituendo & conservando.

Ab oriente processerunt ad campum planum & magnum *Sennaar* in quo ædificare cœperunt civitatem *Babel* nunc *Baldag* vel *Bagdet* & turrim *Babel*. Hic *Membrod* incipit regnare alia oppida constructa: *Arach* *Edessa*: *Achat*, *Nisibis*: *Chalamne* in terra *Sennaar*: hæc

Seleucia vel (Thesipon Regia Persarum. Hinc patet amplitudo campi plani sennaar. Assur seu Ninus Beli filius, nepos Nembrod, ædificauit Niniven civitatem magnam 180. stadiorum ac Resen inter Niniven & chale Posteri Noë per orbem e Babilone dividuntur ut repleant terram. Posteris Sem cessit terra orientalis ac vicina postea Asia. Posteris Cham meridionalis postea Africa. Posteris Japhet septentrionalis & occidentalis postea Europa. Vtramque Indiam & Americam ex tunc inhabitare cæperunt Iectan frater Phaleg eiusque 13 filii, qui ad Orientem ultra Asie terram colonias quæ sierunt. Habitatio eorum prima de Messa usque Sephar montem orientalem. A 75. personis initium regnorum. a Japhet gentiles Europei, a Cham Chanaani idololatæ, & a Sem ac Heber Hebrei & cultores vnius Dei pro parte, aliis etiam idololatrantibus. Posteri Cham per Chanaan, vi- dentur primi incoleæ terræ Sanctæ post diluvium. Aab Heth filio Chanaan bethæi, & Iebus, Iebusæi, a Sin Siræi, a Sidon Sidonii, a Samar Samarei, sen Samaritani postea Amathæi ab Emath, Aradii ab Arad, unde urbes Aradus Antaradus. adde Amorhaun, Gergesæum, Hevæum, Araceum. Rex Amraphel, Rex Elam, Rex Gentium, & Rex Penti sub Monarchia Astriorum cum Ægypto erant noti. Eodem tempore Pentapolis extabat in valle Silvestri: Sodoma, Gomorra, Seboim, Adama, Segor, vti ad mare mediterraneum, Gerara, Gasa, insula gentium quia Abram ea pro parte incoluit. Thare pater Abrahæ, hunc & fra- tres Aran & Nachor in Ur Chaldæorum genuit. Ob idololatriam in Haran exivit. hinc Abram cum Sara & Lot, in terram Sanctam, a diluvio per idololatas inhabita- tam. Abram terram Sanctam, in qua Adam creatus ingrediens, venit ad locum, ubi postea condita civitas Siehem altare erigendo. inde ivit ad convallem illustrem

ad locum inter Bethel & Hay postea ita nominata: altare pariter erigit, inde ulterius ad meridiem, ac urgente tame in Ægyptum. Inde redit ad tabernacula pristina Bethel: ex Bethel Abram venit juxta convallem Mambre, ædificat altare hic. Annis 12 Pentapolitæ servierant Codorlahomor, & anno 13 recesserunt ab eo negantes tributum. hinc bellum 4 regum contra 5. Primus Rex contra Pentapolim erat Amraphel Rex Sennar, seu vicerex Babilonis sub Nino rege Assiriorum, 2 Arioch Rex Ponti seu Ellasar vel Ellas in Celeffiria: 3 Codorlahomor Rex Elam fax belli, ut in servitute in pristinam adigeret Pentapolitas, 4 est Thadad Rex gentium, seu terræ quæ postea Galilea superior in Chanaan. Hi 4 Reges aggressi sunt viciniam Pentapolis, ne ferre possent suppétias ac primo gigantes Raphidim in Astaroth Carnaim postea regno Basan. 2 zuzim gigantes ultra Arnon. 3. Emin in Cariathaim ac vicinia Aroer seu Arcopoli ac vicinia. 4. Horreos in montibus Seir, usque ad campestria Pharan inclusive, reversi ad Cades ac fontem Misphat percusserunt Amorreum in Asasonthamar, & omnem regionem Amalecitarum. Asasonthamar est urbes palmarum seu Engaddi: confligunt in valle Silvestri, & cæduntur ac spoliantur Pentapolitæ ac Loth, Abram persequitur hostes usque Dan, & superat ac persequitur ad Hoba, quæ est ad lœvam Damasci. O occurruunt Reges Pentapolitæ in valle Saue seu regis, & Melchisedech Rex Salem. Deus his expeditis promittit Abrahæ terram totam a fluvio Ægypti Nilo usque ad Euphraten: Cineos, Cenezeos, Cedmoneos, Hetheos, Pherezeos, Raphaim, Amorrheos, Chananeos, Gergeseos, Iebuseos. Ismael nascitur anno Abræ 87 inchoante post fugam Agar versus Ægyptum dum Angelus remisit eam circa puteum viventis & viuentis me inter Cades & Barad. Ob scelera enormia detur

letur *Pentapolis*, hac deletâ e filiabus *Loth*, putantibus orbem confiagrasse, geniti *Moab* ac *Ammon* capita Moabitarum & Ammonitarum trans Jordanem, Quibus Deus benedixit propter iustum *Loth*, & pepercit; excisa Pentapholi *Abram* recedit in *Geraram*, habitando inter *Cades* & *Sur*, de *Loth*, non sit ultra mentio. *Agar* cum filio *Ismaele* ejicitur, ac habitat in *Pharan* deserto; *Abram* init fædus cum Rege *Gerarae* *Abimelech*, ac emit puteum *Bersabee*, ubi & nemus plantavit & altare ædificavit, habitavitque.

E *Bersabee* pergens ad montem *Moria*, *Isaac* immolavit affectu obedientiae Deo impediente effectum pergit *Abram* in *Hebron* habitare, ubi *Sarai* moritur, & Sepelitur in Spelunca duplici ab *Abram* empta in agro *Epiron*.

*Abram* e *Cetura Chananæa* generat sex filios, ac nepotes decem ex *Jecsan* & *Madian*. *Isaac* hæres universalis: filii alii, datis muneribus separati ad plagam orientalem *Chananæa*. *Isaac* patre *Abram* mortuo habitare pergit in *Bersabee*. *Ismaelis* filii in deserto geniti: ius *Nabaoth*. 2. *Cedar*. 3. *Abdeel*. 4. *Mabsa*. 5. *Masua*. 6. *Duma*. 7. *Massa*. 8. *Hadar*. 9. *Thema*. 10. *Zethur*. 11. *Naphir*. 12. *Cedma*. nomina horum oppidis & castellis imposita. habitatio fuit ab *Hevila* usque *sur*, hodie *Cabana* dicitur. *Isaac* generat *Esau* & *Iacob*. adulto utroque Senior vendit primogenita juniori.

Orta fame *Isaac* peregrinari incipit, ac in *Geraram* venit animo pergendi in *Ægyptum*, at Deus prohibet, unde in *Gerara* manet ad tempus, dein pergit in *Bersabee*, fossis hinc inde pro pecoribus novis puteis ac ædificato in *Bersabee* altari. *Esau* 40 annorum duas duxit uxores hæthæas invitatis parentibus, Post 37 annos *Iacob* benedictionem primogeniti astutæ præripit, &

*Isaac*

8. *Jacob. Esau. Dina. Rachel.*

*Isaac ratificat, agnito Mysterio.*

Hinc ansa novi odii in *Jacob*, unde *Rebecca* suadet iter  
in *Haran*, ad *Avgunculum suum Laban*.

*Jacob* clam fratre *Esau* solus discedit in *Mesopotamiam*.  
Interea *Esau* dicit tertiam uxorem e familia *Ismaelis*.  
*Jacob* prope *Luzam* sub diodormiens scalam videt, &  
revelationem accipit, ac vovet.

Deinde venit in terram Orientalem ad puto um circa *Haran*. Hic cohabitat *Labano* 20. annis, & secundo Septennio 12 proles procreat: e *Lia* 7. e *Bala* 2. e *zelpha* 2. e *Rachaele Josephum*. His generatis a Deo admonetur, ut redeat.

Igitur *Jacob* inscio *Laban* cum familia & opibus discedit: *Euphraten* transit, ac ad montes postea *Galaad* dictos pervenit ibi figendo Tabernaculum. *Laban* eo insequitur & fædus pacificè init cum *Jacob*, ac cum suis revertitur.

*Jacob* e montibus *Galaad* pergit versus *Chanaan*, ac ob vias habet binas Angelorum acies in loco ubi postea ædificata in memoriā urbs *Machanaim*. Mittit legatos ad *Esau*, qui denuntiat se venire obviam cum 400. viris. Pergit *Jacob* dividendo sua in duas turmas.

Et occurrit *Esau* venienti e *Seir* ac ei reconciliatur. Hoc facto pergit versus *Jordanem* tabernacula figendo in loco postea *Socoth*. Hic manet. 9 mensibus & transit *Jordanem* in *salem* ac inde in *Sichem*, ubi emit partem agri.

Post moram 9 aut circiter annorum *Dina* 14 annorum a *Sichem* rapitur & constupratur, hinc delentur. *Sichimita*, a *Simeon* & *Leui* cum adjunctis ad mærem Patris.

*Jacob* Dei monitu e *Sichem* *Luzam* pergit ubi ædificato altari habitat. Moritur *Debbora* nutrix *Rebecca* & sepeli-

sepelitur ibi. Parit *Rachel* *Benjamin* ac in partu moritur, & sepelitur in via, quæ ducit *Ephratam*, hæc est *Bethleem*. Inde egressus fixit tabernaculum trans turrim *Gregis*, & habitare pergit. Interea *Ruben* incestat *Balam*, exin a *Jacob* repudiatam, Postea venit ad patrem *Isaac* in *Mambre*, ac apud eum mansit.

Interea in montibus *Seir* habitabant *Horrei*, a temporibus antiquis, quos percussit *Codoplahomir* & confederati ante interitum *Pentapolis*. *Esau* e *Bersabee* versus hos montes videtur perrexisse, unde eius posteri cum *Horreis* injerunt conjugia. *Seir* horum princeps. Filii eius 7. & una filia *Thamna*. Nepotes 20 qui impetrarunt in terra *Seir*. Post hos per *Esau* posteros expulso, successivè regnarunt reges: *Bela* in *Denaba*: *Deia* *Iobab* filius *Zare* de *Bosra* matre vel civitate. 3, *Husam* de terra *Theenanorum*. 4. *Adad* in *Avith* 5. *Semla* de *Mesreca*. 6, *Saul* de fluvio *Rohoboth*. 7. *Balanian*. 8. *Adar* in Phâu. queritur an sub horum aliquo filii Israel liberati de *Egypto* venerint *Cadesbarne*? et hcs iterum sequuti sunt Duces 11, simul vel quasi simul regnantes in *Idumea*.

*Joseph* completis 16 annis pascebatur partem ovium cum filiis 4 *Bala* & *Zelpha* circa *Hebron*, vel turrim *gregis*. Advertit in fratribus crimen pessimum, & patri *Jacob* charitativè denunciavit. Dein bona somnia fratribus retulit, unde gravius odium apud eos incurrit. Hinc pater ad tempus eum in *Hebron* apud se retinuit, ac rem somniorum tacitus consideravit. Postea fratribus decem, oves prope *Sichem* pascentibus, *Jacob* ad eos misit *Joseph*, qui veniens in *Sichem* eos non invenit, recesserant enim ulterius usque *Dothaim*. Huc igitur perrexit. Fratres deliberarunt de eo occidendo, sed *Ruben* senior, & *Iuda* resistentibus primo in veterem cisternam

mittitur. Dein Negotiatoribus *Ismaelitis & Madianit*  
*is e Galaad in Agyptum* redeuntibus ac *Dothain* transe-  
 autbus venditur in mancipium, ac abducitur & in  
*Agypto* venditur *Putiphari* eunicho *Pharaonis* magistro  
 militum, cuius, fidelissimus oeconomus fit. *Putiphari*  
 uxor castum *Ioseph* frustra ad adulterium postulat, &  
 recusantem carcerari curat, ubi ad triennium servit fi-  
 deliter Principi carceris, custodiendo vincos eisque  
 ministrando.

*Iude* matrimonium interponitur, qui vendito *Ioseph*,  
 20 circiter annorum ad minus, perrexit ad civitatem.  
 vicinam Odollam & filiam sue duxit uxorem, ex qua  
 genuit *Her Onan* & *Sela*. *Her* adultus duxit *Thamar*, sed  
 generationem in usu matrimonii impediens violenta  
 morte punitur. *Onan* eandem *Thamar* dicit, & simi-  
 liter agendo etiam occiditur. Igitur *Iudas*, non audet  
*Sela* dare *Thamar*, timens & eum occidendum. Mittit  
 igitur *Thamar* ad Patrem suum. Postea moritur uxor  
*Iude*, & luctu completo *Iudas* ad tondendas oves per-  
 git *Thammas*. *Thamar* in via congregitur cum *Iuda* &  
 concipit ex eo *Pharez* & *Zaram* gemellos. haec omnia  
 acta spatio 22 circiter annorum, antequam sterilitas  
 occuparet *Chanaeam*, & *Iacob* descenderet cum suis in  
*Agyptum*. Ocasione offendae alicuius carcerantur Pin-  
 cerna *Pharaonis* & magister Pistorum & *Iosepho* custo-  
 diendi traduntur. Hic eis interpretatur somnia, quod  
 magister pistorum esset suspendendus in patibulo, &  
 Pincerna post triduum restituendus gradu pristino. ita  
 fit: Josephque in carcere manet: post duos annos *Pha-*  
*raeo* videt somnium binum, nec invenit inter pretem.  
 Tum Pincerna memor *Iosiphi*, suadet eum e carcere  
 educi. ita fit, & feliciter Pharaoni interpretatur somnia  
 de 7 annis instantis fertilitatis, & 7 aliis sterilitatis ma-  
 joris

joris & famis gravissimæ. Erat Ioseph 30 annorum tunc, & præficiebatur toti Ægypto, acceptâ uxore Ase-neb filiâ Putiphar Sacerdotis Heliopoleos. Ex hac procreavit Manassen & Ephraim, postea adoptatos in filios a Iacob.

Provisione annuâ consumptâ primo anno sterilitatis tam Chananaei quam Ægyptii recurrerunt pro frumento ad Ioseph ut viverent secundo anno sterilitatis, interea novam fertilitatem sperantes. Inter hos jo fratres Ioseph veniunt jussu Iacob empturi frumenta. Ioseph eos agnoscens durius excipit, triduo carcerat, liberat, & Benjamin sequenti vice ad se mitti mandat, & Simeonem obsidem tenet, quia fuerat præcipius machinator erga se in Dothain.

Anno sequenti undecim fratres in Ægyptum redeunt, & benigno convivio excipiuntur. frumenta in annum obtinent pecuniisque iterum in ore saccorum appositis, ac scypho in sacco Benjamin, ut hoc prætextu solus reduci posset, Reperto, omnes undecim revertuntur pro reducendo Benjamin secum deprecaturi, uti fecerunt: signanter Judas. tandem Ioseph se fratribus pandit, cum muneribus ad patrem mittit ut eum citissime ad se adducant. perguunt ii ad Iacob, qui exultat auditâ vitâ dilecti filij Ioseph.

Ex Hebron Iacob cum prosapia pergit ad puteum iumenti in Gerara, maestando victimas Deo: qui in visione ei dixit: descend in Ægyptum. Perrexit Iacob, Deo duce cum 74 tam in plaustris, quam parentum lumbis, ad mortem Ioseph, nascituris. Judas ad Iosephi Tanim præmittitur. Ioseph Iacob patri occurrit in Gessen, Heroum usque: ac rediens & comitatus 5 fratribus refert Pharaoni, quod familia patris consisteret in terra Gessen. Mandat Pharaon; trade eis terram Gessen. Tradit

igitur & inhabitant eam feliciter.

Postea Jacob 130 annorum s̄sistit Regi. Sterilitatis annis primis Joseph vendit Ægyptijs frumentum pro pecunia. Hac consumptâ, vendidit anno sequenti p̄o pecoribus: anno altero pro terra & omni possessione tandem se vendunt in servos, ut alerentur anno ultimo sterilitatis. Postea dedit semina ut agros sererent, quintam partem frugum annuē daturi Regi, reliquis q̄ in sementem & cibum eis relinquendo, Jacob vixit 17 annis in Ægypto & benedictis Ephraim & Manasse, quos adoptabat, ac p̄ædio sichemitico Josepho dato, ac benedictis 11 alijs, moritur annorum 147.

Joseph cum fratribus & Ægyptiis plangit Patrem 70 diebus. Dein perrexit in Cbanaan ( forte per viam deserti, ubi secuturi Hebrei) & Jordane transito, in Bethagla fecerunt funeralia, in spelunca Hebron sepelierunt, ac per viam ordinariam breviorem in Ægyptum reversi sunt. Hic iteratò Joseph reconciliatur fratribus suis, quos bene habuit toto vitæ suæ tempore. Moritur annorum 110, annis 80 p̄æsuit Ægypto.

Mortuis 75. tam filiis, quam nepotibus Jacob, qui benignè satis habiti sunt in Ægypto, sub Rege novo multiplicati, triplex in eos tyrannis exundat. 1. coguntur ædificare urbes tabernaculorum, signanter Phiton & Ramesse. 2. obstetricibus mandatur ut recens natos masculos interficiant, 3. omni populo p̄æcipitur, ut eos in flumen Nili proijciant.

Amram nepos Levi dicit in Ægypto uxorem Jochabet patrualem suam, ex eâ gignens, 1. Mariam, 2. Aaronom 3. Moysen sub tertia tyrannide novi Pharaonis. Moyses tribus mensibus a Jochabet absconditus domi, adventibus lustratoribus exponitur Nilo in fiscellâ scirpeâ circa Tarsim, dum filia Pharaonis conjugata & illiberis deam-

deambulat ad ripam. Hæc extractum Moysen sibi a Iohabēth educari imperat ac in filium adoptat, & omnisciētiam Ägyptiorum instrui curat, ut filium principem, qui & varia generosē gessit in Ägypto. Natus annos 40 exivit secretō ad fratres suos Hebræos oppressos in terra Geſſen & Ägyptum exactorem Hebraeum percutientem occidit. Hoc facto publicato, fugit trans mare rubrum in Madiān, fitque domesticus deinde gener Ietro sacerdotis & Principis Madiān. Hic egit pastorem ovium 40 annis aliis. Post hæc in deserto circa Horeb Deus Moysi apparet in rubo ardente, eumque in Ägyptum mittit ad liberandos oppressos Hebræos miraculoſe, Sacrificaturus post liberationem in monte eodem. Dat signa evidētis credibilitatis. Prædicit quod Hebræi credent, Pharaō verō non: unde cogendus. Moysēs se excusans, accipit a Deo tria signa 1. conversio-  
nis virgæ in colubrum & contra. 2. manus mundæ in leprosam & contra 3, aquæ in sanguinem, Igitur ex Horeb ad Ietro in Madiān pergit & licentiam impetrat. Cum uxore & 2 filiis discedit. In primo diversorio obincircumcisum filium juniores Angelus Moysi mortem minatur. Sephora circumcidit filium, & a marito in Ägyptum cum Aarone obvio pergente recedit ad Ietro Parentem suum in Madiān. Moysēs & Aaron congregant in Geſſen Seniores & populum qui credunt se liberandos, unde: cum Senioribus ad Pharaonem in Tanis pergunt pro licentia exeundi & Sacrificandi in deserto Pharaō recusat Moysi & Aareni dein senioribus Israel, jubendo duplicari oppressionem. Hinc populus coram Moyſe, & hic coram Deo conqueruntur. Deus Moysen qui erat vir magnus valde in terra Ägypti animat revealando ei clarius in nōmine Adonai seu Tetragrammaton Trinitatis & Incarnationis misteria, erat Moysēs 80 an-

norum & Aaron 3. Maria 7 annis senior. Plagæ anno uno. Coram Pharaone vertunt signa rogati, virgam in colubrum. idem faciunt magi Ægypti Jannes & Mambres. Sed coluber Aaronis devoravit colubros eorum. quos nequierunt in virgas convertere. Obduratur Pharao. Igitur die altero mané Pharaone egrediente ad aquas vertunt aquam Nili & omnem aquam Ægypti in sanguinem. Aqua Hebreorum mānsit intacta. Hanc Magis Ægypti oblatam, etiam verterunt in sanguinem. Durat hæc plaga 7 diebus, & cessat. Pharao obduratus manet.

Prædicitur & intentatur plaga ranarum. Magi pariter aliquas ranas producunt, sed tollere nequeunt. Pharao igitur rogit Moysen pro ablatione ranarum promittendo: *dimittam populum, ut sacrificet Domino.* Tum Moyses promittit se oraturum pro ablatione, & rogit quando cupiat? Respondet Pharao cras. ita fit, nec dimittit. Igitur e percusso pulvere terræ facti sunt ciniphes in hominibus & iumentis. Hæc tertia plaga superabat potestatem magorum, unde cogebantur dicere: *digitus Dei est hic: equidem obduratus Pharao.* Comminatur itaque Moyses diluculo Pharaoni ad aquas egresso quartam plagam omnis generis muscarum cras infligendam, & ita fit. Tum Pharao permittit: *ite & sacrificate Deo vestro in terrâ hâc;* recusat Moyses dicens: *viam trium dierum pergemus in solitudinem.* Promittit Pharao addens: *Longius ne abeatis.* Moyses orat pro ablatione plagæ tertiaræ & quartaræ, & die sequenti toluntur. Pharao a plaga liber iterum obduratus detinet populum sub servitute. Denuo ingressus ad Pharaonem Moyses comminatur quintam plagam pestis animalium, nisi dimittat populum. Igitur die altero moriuntur peste omnia animantia Ægyptiorum. Manet Pharao obdura-

çus. Igitur sparso cinere de camino in Ægyptiis fiunt  
vlera & apostemata in hominibus etiam Magis (qui  
abierunr ideo ) & jumentis per totam terram Ægypti.  
Manet Pharao obduratus, nec plagam hanc aut priorem  
rogat sanari. Itaque minatur mortem servis & anima-  
libus in agro seu foris reperiendis per grandinem , to-  
nitru, fulmen. ita fit. hic igitur mitescit Pharao ex par-  
te , & promittit. *orate ut dimittam vos.* orat Moyses.  
Obduratur. Cum dicat Moyses Pharaoni de herbis terræ :  
linum & hordeum lœsum est, eo quod hordeum esset  
virens , & linum iam folliculos germinaret : triticum  
autem & far non sunt lœsa , quia serotinâ ; patet hanc  
plagam inflictam, ait a Lapiðe, sub finem februarii. Præ-  
dicunt Moyses & Aaron ingressi ad Pharaonem plagam  
ostavam locustarum die se quenti immittendarum. hic  
deprecantur Ægyptii ipsi , & servi Pharaonis, ut dimit-  
tat Hebreos. Igitur revocantur egressi Moyses & Aaron,  
& petiit Pharao: quinam ituri sunt? Respondit Moyses:  
cum parvulis & senioribus , filiis & filiabus , ovibus &  
armentis. Dixit Pharao : *ite viri tantum.* igitur im-  
mittuntur locusta de vorantes omne viride. Tum Pha-  
rao mitescens oravit pro liberatione , & audiebatur :  
ablatâ plagâ obduratur denuò , unde per totam Ægyptum  
fiunt tenebrae densissimæ ad triduum. Tum permisit  
ablatis tenebris omnes abire exceptis jumentis. Cum &  
hæc peteret Moyses , expellitur. Mensis vernus statui-  
tur principium mensium. Die prima Deus præscri-  
bit ritum immolandi & comedendi agnum Paschalem,  
die io debebat quæque familia comparare agnum. Die  
14 ad vesperam debebat agnus immolari. Interea spoli-  
andi Ægyptij pro parte , & prompti esse debebant nocte  
illa, ut percussis mediâ nocte Ægyptiorum primogenitis  
tam in hominibus quam jumentis citò exirent. Igitur  
per-

percutiuntur primogeniti, corruunt Dii, commodato accipiunt vasa aurea, argentea; vestes, arma; &c. & pariter diluculo exeunt 15 Nisan prima mansione posita in Rameſſe & circum circa. exiit hic multipliciter miraculosus. 60000 armati exierunt & promiscuum vulgus innumerabile erat. eadem die 15 duce columnâ venerunt de Rameſſe in Socoth figendo ibi Tabernacula. Abiulerunt autem secum ossa Joseph & aliorum Patriarcharum. Mandat Deus oblationem primogenitorum in Socoth die 16 Nisan, ut mandatum hoc obseruent dum ingressi fuerint terram Chanaan. E Socoth altera die veniunt in extremis finibus solitudinis Ethan, ubi tertia mansio.

Mandat Deus ut reversi ex parte castrametentur super mare e regione Phihahiroth, ita fit. Pharao per exploratores discens quod nec Sacrificarent, nec redirent, & iam conclusi essent utrumque tam montibus, quam mari, cum toto exercitu eos infecutus est versus Phihahiroth, videntes Ægyptios Hebrei timuerunt & murmurarunt. Columna se ponit inter castra Ægyptiorum & Hebraeorum, Deo mandante, ut proficerentur, ac diviso mari gradarentur per medium siccii alvei duce columnâ ignis. Pharao insequens cum toto exercitu submergitur & viderunt Ægyptios mortuos super littus maris versus Chanaan. Moyses & populus gratias pro liberatione agunt Deo. Moyses a mari rubro columnâ duce recedit per desertum sur seu Ethan, & tridui itinere non inveniunt aquam. tum invenerunt aquas amaras tantum. unde populus murmuravit: at immisso ligno aquæ dulcoratae sunt miraculosæ. Ex Mara mansione 5. venerunt in Elim mansionem 6. ubi invenerunt aquam & cibum, & castrametati sunt juxta aquas. inde ad mare rubrum mansio 7. Die 15 intensis secundi venerunt

runt in desertum *Sin*, mansionem 8. ubi murmuratio  
tertia præ fame. ibi Deus vespere mittit coturnices &  
mane manna continuatum ad 40 annos cum præcep-  
tis 6. Ex *Sin* pergunt in *Daphe* : *Alus* : *Raphidim*. ubi  
deerat aqua, unde murmur quartum. *Moyses* percuti-  
endo Petram *Horeb* inde fontem stabilem elicit, & cessat  
murmur populi. ibidem *Amalecitas Hæbrae*s, oppugna-  
tam veniunt, & *Moyses* constituit *Josue* ducem exerci-  
tus, qui *Moysè* in monte *Horeb* orante, ac *Aarone* &  
*Hur* manibus eius sustentantibus *Amalecitas* fugat &  
vincit. Refertur adventus *Ietro* cum *Sephora*, filiis &  
*Hobab* fratre *Sephora*: constituuntur tribuni, centuriones,  
quinquagenarii & decani. An hæc duo contigerint in  
*Horeb* hoc mense & anno, an post annum sub discessum  
e *Sinai*, incertum. *Hobab* filius *Ietro* mansit cum *Moysè*.  
Die 3 mensis tertii venerunt in desertum *Sinai* mansio-  
nem 12. hic Deus dedit populo Israelitico miraculose  
legem die 50 ab egressu de Ægypto, qui Pentecostes seu  
*Hebdomadarum* dictus. Hic factum Tabernaculum  
Mosaicum & alia eo spectantia.

## Genesis Capita 50. Historica.

Sex 1 prohibet 2 peccant 3 Abel 4 Enoch 5 arca fit 6 intrant  
egreditur 8 dormit 9 numerantur 10 turris 11 & Abram 12  
Loth 13 reges 14 credit 15 fuga 16 circumcisio 17 risus 18  
Sulphar 19 Rex Gerar 20 parit 21 offert 22 sara 23 Rebecka  
24 post geminos 25 putei 26 benedicit 27 scala 28 sorores  
29 virgas 30 clam redit, 31 luctatur 32 gratia 33 Dina 34. i  
Benjamin, Esau gens vendunt. 37 Thamar. impia 39 tristres  
præficitur 41 veniunt 42 redeunt 43 post tristia 44 noscunt 45  
Omne genus 46 quintam 47 languet 48 benedictio 49 Josep 50

## Exodi Capita 19. Historica.

Præcipit 1 excessit 2 rubus 3 inque sinum 4 magis angit 5  
*Adonai* 6 flumen 7 tres ranæ 8 peste 9 locusta 10.  
postulati 1 occidit 12 tulit offa 13 raunt 14 canit 15 *Elin* 16  
*Ucras* 17. *Israe*. 18. *Sinai*. 19.

Præcepta supernaturalia seu Théologalia fidei, Spei, Charitatis & Religionis erga Deum, suo modo obligarunt Angelos & homines ab instanti creationis. præcepta moralia seu legis naturæ tam latè quam strictè dicta pariter ex tunc obligarunt. Hæc a Deo in monte Sinai reïnculcata & clarius explicata, vt patet ex sequentibus.

I. Primum Decalogi præceptum affirmatiuum inculcat Moyses breui moriturus Deuter. c. 6. 5. Dileges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudinem tua: Negatum c. 5, 7. non habebis Deos alienos in conspectu meo, non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium, quæ in cœlo sunt desuper, & quæ in terra deorsum, & quæ versantur in aquis sub terra, non adorabis ea, & non coles, Exod. 20. 3. non habebis Deos alienos coram me. non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra. non adorabis ea, neque coles... 23. non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. Levit. 26. non facietis vobis Idolum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum, Deut. 6. 14. non ibitis post Deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu vestro sunt. c. 4. 15. non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Horreb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem aut imaginem masculi vel feminæ, similitudinem omnium iumentorum, quæ sunt super terram: vel auium suo cœlo volantium: atque reptilium quæ mouentur in terra, vel piscium qui sub terra

terra morantur in aquis : ne forte eleuatis oculis ad cælum , videoas solem & lūnam & omnia astra cæli ! & errore deceptor adores ea & colas , quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cælo sunt. c. 12. 2. subvertite omnia loca , in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis , Deos suos super montes excelsos & colles , & subter omne lignum frondosum. dissipate aras eorum , & confringite statuas lucos igne comburite , & Idola comminuite. disperdite nomina eorum de locis illis. c. 13. 1. si surrexerit in medio tui Propheta , aut qui somnium vidisse se dicat , & prædixerit signum atque portentum : & euenerit quod locutus est , & dixerit tibi : eamus & sequamur Deos alienos , quos , ignoras & seruiamus eis, non audies verba Prophetæ illius aut sommiatoris : quia tentat vos Dominus Deus vester ut palam fiat vtrum diligatis eum an non in toto corde & in tota anima vestra. ¶ 6. si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ , aut filius tuus vel filia. siue vxor , quæ est in sinu tuo , aut amicus quem diligis ut animam tuam , clam dicens : eamus & seruiamus diis alienis , quos ignoras tu & Patres tui, cunctarum in circuitu gentium , quæ iuxta vel procul sunt ab initio usque ad finem terræ non acquiescas ei , nec audias , neque parcat ei oculus tuus , vt miserearis & occultes eum : sed statim interficies sit primum manus tua super eum , & postea omnis populus mittat manum. Lapidibus obruitus necabitur , quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo. c. 18. 9. quando ingressus fueris terram , quam Dominus Deus tuus dabit tibi : caue ne imitari velis abominationes illarum gentium ; nec inueniatur in te , qui lustret filium suum aut filiam ducens per ignem , aut qui Ariolos sciscitetur , & observet somnia atque

auguria; nec sit maleficus, nec incantator; nec qui pithones consulat, nec diuinos, aut quærat a mortuis veritatem omnia enim hæc abominatur Dominus, & propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo.

*Exod. 22. 18.* maleficos non patieris vivere *v. 20.* qui immolat Diis occidetur, præterquam Domino soli *c. 23. 24.* non adorabis Deos *Chananæorum.* nec coles eos: non facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum *v. 32.* non inibis cum eis fœdus nec cum Diis eorum non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me, si seruieris Diis eorum; quod tibi certe erit in scandalum.

*Levit. 18. 21.* de semine tuo non dabis ut consecretur Idolo *Moloch*, nec pollues nomen Dei tui. *c. 20. 2.* si quis dederit de semine suo Idolo *Moloch* morte moriatur: populus terræ lapidabit eum. *c. 19. 31.* Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid sciscitemini. *c. 20. 27.* vir siue mulier in quibus pythonicus vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur. Lapidibus obruent eos.

*II. Exod. 20. 7.* Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. *Deut. 5. 11.* non usurpabis nomen Domini Dei tui frustra: quia non erit impunitus, qui super re vana nomen eius assumpserit *Exod. 23. 13.* per nomen extenorum Deorum non iurabis: neque audietur ex ore vestro *Levit. 19. 12.* non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. *Deut. 6. 13.* Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. *Levit. 24. 14.* educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, Manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus, & ad filios

Israel

Israel loqueris: Homo qui maledixerit Deo suo portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur. *Deut. 23. 21.* cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. si nolueris polliceri absque peccato eris. quod autem semel egressum est de labiis tuis obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore<sup>z</sup> tuo locutus es.

III. *Exod. 20, 8.* *Memento ut diem Sabbathi sanctifices.* sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui est: non facies omne opus in eo, tu & filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui est intra portas tuas: sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo, idcirco benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit eum. *Deut. 5. 12.* obserua diem Sabbathi, vt sanctifices eum sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus. sex diebus operaberis & facies omnia opera tua. septimus dies Sabbathi est, id est requies Domini Dei tui. non facies in eo quidquam operis tu & filius tuus & filia, seruus & ancilla, bos & asinus, & omne iumentum tuum, & peregrinus qui est intra portas tuas: vt requiescat seruus tuus & ancilla tua sicut & tu. memento quod & ipse seruieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti & brachio extento, idcirco præcepit tibi, vt obseruares diem Sabbathi. *Exod. 35. 2.* sex diebus facietis opus: septimus dies erit vobis sanctus, Sabbathum & requies Domini qui fecerit opus in eo occidetur. *Numer. 15. 32.* cum invenissent hominem collegentem ligna in die Sab-

Sabbathi . . . dixit Dominus ad Moysen: morte moriatur homo iste: obruat eum lapidibus omnis turba extra castra.

**IV.** *Exod. 20. 12.* Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longeius super terram, quam Dominus Deus tuus, dabit tibi c. *21. 15.* qui percusserit. *17.* qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. *Deut. 5. 10,* Honora Patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. *Exod. 22. 28.* Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices. *Deut. 16. 18.* Iudices & Magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas; vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. non accipies personam nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. iuste quod iustum est persequeris, vt viuas & possideas terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi. *Levit. 19. 32.* coram cano capite consurge, & honora personam senis, & time Dominum Deum tuum.

**V.** *Exod. 20. 13.* non occides. *Deut. 5. 17.* non occides. *Levit. 19. 13.* non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. *14.* non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum. *16.* non stabis contra sanguinem proximi tui. *17.* non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatum. non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. *Deut. 24. 16.* non occidentur Patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur. *Exod. 21. 12.* qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur, *14.* si quis per industriam occiderit proximum suum

suum & per insidias , ab altari meo evelles eum & moriatur. 18. si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide vel pugno & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo , si surrexerit & ambulauerit foris super baculum suum innocens erit qui percusserit.

VI. Exod. 20. 14. Non mæchaberis. Deut. 5. 17. neque mæchaberis. Levit. 18. 3. iuxta consuetudinem terræ Ægypti in qua habitastis, non facietis : & iuxta morem regionis Chanaan , ad quam ego introducturus sum vos, non agetis , nec in legitimis eorum ambulabitis. 6. omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, vtrevelet turpitudinem eius. ego Dominus. non reuelabis. 1. turpitudinem Patris tui & Matris tuæ. 2. vxoris patris tui. 3. sororis tuæ ex patre seu ex matre, quæ domi vel foris genita est. 4. filiæ filii tui, vel neptis ex filia. 5. filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & est foror tua. 6. sororis patris tui , & matris tuæ. 7. patrui tui accedendo ad vxorem eius , quætibi affinitate coniungitur. 8. nurus tuæ. 9. vxoris fratris tui. 10. vxoris tuæ & filiæ eius. 11. filiæ filii eius. 12. sororis vxoris tuæ adhuc illa viuente. ¶ 20. cum vxore proximi tui non coibis , nec seminis commissione maculaberis. 21. de semine tuo non dabis vt consecretur Idolo Moloch. 22. cum masculo non commiscearis coitu fœmineo, quia abominatio est. 23. cum omni pecore non coibis , nec maculaberis cum eo. 24. muljer non succumbet iumento , nec miscebitur ei, quia scelus est, c. 19. 29. Ne prostituas filiam tuam. Deut. 23. 17. non erit meretrix de filiabus Israel , nec scortator de filiis Israel.

VII. Exod. 20. 15. non furtum facies. Deut. 5. 18. furtumque non facies. Levit. 19. 11. Non facietis furtum, non mentiemini nec decipiet unusquisque pro-

proximum suum . . . . non morabitur opus mercenarii tui apud te vsque mane. 15. non facies quod iniquum est. 35. nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura, statuta iusta, & æqua sint pondera: iustus modius, æquusque sextarius. Exod. 22. 21. Aduenam non contristabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Ægypti. viduæ & pupillo non nocebitis, si læseritis eos vociferabuntur ad me, & ego exaudiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli, Deut. 10. 17. Deus magnus & potens & terribilis, qui personam non accipit, nec munera. facit iudicium pupillo & viduæ, amat peregrinum & dat ei victum atque vestitum. Et vos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ in terra Ægypti. Deut. 25. 13. non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. pondus habebis iustum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi . . . abominatur enim Dominus Deus tuus eum qui facit hæc, & aversatur omnem iniustitiam.

VIII. Exod. 20. 16. & Deut. 5, 19. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Exod. 23. non suscipies vocem mendacij, nec iunges manum tuam ut pro impio dicas falsum testimonium. non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt a vero deuies Levit. 19. 16. non eris criminator, nec susurro in populo.

IX. X. Exod. 20. 17. non concupiscas domum proximi tui nec desiderabis vxorem eius: non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia que illius sunt. Deut. 5. 20. non concupiscas vxorem proximi tui. 21. non domum, non agrum, non seruum, &c.

Levit. 20. 9. qui maledixerit patri suo aut matri,  
 morte moriatur. Levit. 19. 20. Homo si dormierit  
 cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam Nu-  
 bilis.... vapulabunt ambo & non morientur. Levit.  
 20. 10. si mæchatus quis fuerit cum vxore alterius, &  
 adulterium perpetraverit cum coniuge proximi sui,  
 morte moriantur & mæchus & adultera. 11. qui dor-  
 mierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam Pa-  
 tris sui, morte moriantur ambo. 12. si quis dormierit  
 cum nuru sua, vterque moriatur, quia scelus operati  
 sunt. 13. qui dormierit cum masculo coitu fæmineo,  
 vterque operatus est nefas, morte moriantur. 14. qui  
 supra vxorem filiam duxerit matrem eius, scelus ope-  
 ratus est: viuus ardebit cum eis, nec permanebit tan-  
 tum nefas in medio vestri. 15. qui cum iumento &  
 pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidite.  
 16. mulier quæ succubuerit cuilibet iumento, simul  
 interficietur cum eo. 17. qui acceperit sororem suam,  
 filiam patris sui, vel filiam matris suæ . . . nefariam  
 rem operati sunt, occidentur in conspectu populi sui.  
 19. turpitudinem materteræ & amitæ tuæ non dis-  
 cooperies: qui hoc fecerit ignominiam carnis suæ nu-  
 dauit, portabunt ambo iniquitatem suam. 20. qui  
 coierit cum vxore patrui vel auunculi sui . . . portabunt  
 ambo peccatum suum: absque liberis morientur. 21.  
 qui duxerit vxorem fratri sui, rem facit illicitam . . .  
 absque liberis erunt; Dent. 22. 23. si puellam virginem  
 desponderit vir, & inuenierit eam aliquis in ciuitate, &  
 concubuerit cum ea, educes vtrumque ad portam ciui-  
 tatis illius, & lapidibus obruentur: puella quia non cla-  
 mavit, cum esset in ciuitate: vir quia humiliauit vxo-  
 rem proximi sui. 25. si autem in agro . . . ipse mo-  
 ritur solus, puella nihil pateietur . . . quia perpesta  
 est,

est. 28. si invenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit: dabit qui dormiuit cum ea patri puellæ 50 sicclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam. non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ. Exod. 22. 16. si seduxerit quis virginem necdum despontatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem. si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniâm iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. Deut. 22. 5. non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fæmineâ: abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc. 13. si duxerit vir vxorem, & postea odio habuerit eam, quæsieritque occasionses quibus dimittat eam, obiciens ei nomen pessimum . . . apprehendent senes vrbis illius virum, & verberabunt illum, condemnantes insuper 100 sicclos argenti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israel, habebitque eam vxorem, & non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ suæ. 20. quod si verum est quod obiicit, & non est in puella inventa virginitas, eiicient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur, quoniam fecit nefas in Israel.

## Præcepta Iudicialia ad numeros redacta.

I. De seruis & ancillis. Exod. 21. 2. si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. cum quali veste intraverit, cum tali exeat (Deut. 15. 14. Nequaquam, vacuum abire patieris: sed dabis viaticum de gregibus & de area & torculari tuo) si habeat vxorem, & vxor egredietur simul. 14. si autem Dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios & filias, mulier & liberi eius erunt domini sui

sui: ipseverò exibit cum vestitu suo. 5. quod si dixerit seruus: diligo dominum meum, & vxorem ac liberos, non egrediar liber: offeret eum Dominus Diis(Iudicibus) & applicabitur ad ostium & postes, perforabitque aurem eius subulâ, & erit ei seruus in sæculum(ad annum Iubilæum.) 7. si quis(Hebreus) vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt, sed fiet vxor. si displicuerit oculis Domini sui , cui tradita fuerat dimittet eam: populo autem alieno vendendi non habet potestatem, si spreuerit eam, 9. si autem filio suo desponderit eam, iuxta morem filiarum faciet illi, quod si alteram ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias , & vestimenta, & pretium pudicitiae non negabit. si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque peccunia. Levit. 25. 39. si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus non eum opprimes seruitute famulorum , sed quasi mercenarius & colonus erit : vsque ad annum Iubilæum operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis , & reuertetur ad cognitionem & possessionem patrum suorum. 44. seruus & ancilla sint vobis , de nationibus , quæ in circuitu vestro sunt, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos , vel qui ex his nati fuerint in terra vestra. hos habebitis famulos , & hæreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum. si invaluerit apud vos manus aduenæ aut peregrini , & attenuatus frater tuus vendiderit se ei , aut cuiquam de stirpe eius , post venditionem potest redimi. qui voluerit ex fratribus suis redimet eum &c. ad finem capitis. Deut. 23. 15. non trades seruum Domino suo , qui ad te confugerit, Habitabit tecum in loco, qui ei placuerit, & in vna urbium tuarum requiescat.

II. Defurtis & damnis. Exod. 22. si quis furatus fu-  
erit

erit bouem aut ouem , & occiderit vel vendiderit, quinque boves pro vno boue restituet, & quatuor oves pro vna oue. si effringens fur domum , vel suffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit percussor non erit reus sanguinis. quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur. si non habuerit fur, quod pro furto reddat , ipse venimabitur. si inuentum fuerit apud eum quod furatum est viuens, siue bos, siue asinus, siue ouis: duplum restituet. si laeserit quispiam agrum vel vineam , & dimiserit iumentum suum, ut depascatur aliena: quidquid optimum habuerit in agro suo vel in vinea pro damni aestimatione restituet. si egressus ignis invenerit spicas, & comprehendenter aceruos frugum, siue stantes segetes in agris reddet damnum , qui ignem succenderit. Deut. 24. 7. si deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filiis Israel, & vendito eo acceperit pretium , interficietur, & auferes malum de medio tui, Exod. 21. 16. qui furatus fuerit hominem , & vendiderit eum. convictus noxae morte moriatur.

III. De Deposito. Exod. 22.7. si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo qui suscepserat furto ablata fuerit, si invenitur fur, duplum reddet si latet fur, Dominus domus applicabitur ad Deos (Iudices) & iurabit, quod non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetrandam fraudem tam in boue quam in asino & oue a vestimento: & quidquid damnum inferre potest, ad Deos utriusque causa perueniet; & si illi iudicauerint, duplum restituet. 10, si quis commendauerit proximo suo asinum, bouem, ouem , & omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum , vel captum ab hostibus, nullusque hoc viderit: iusurandum erit in medio , quod non extenderit manum

nium ad rem proximi sui: suscipietque Dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur, quod si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino. si comedestum a bestia, deferat ad eum quod occisum est, & non restituet. *Leuit. 6. 2.* anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit siue rem perditam inuenerit, & inficians insuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines, conuicta delicti reddet omnia, quæ per fraudem voluit obtinere integra, & quintam insuper partem domino, cui damnum intulerat. *6.* pro peccato autem suo offeret atritem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti iuxta aestimationem mensuramque delicti. *Num. 5. 6.* vir siue mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum domini atque deliquerint: confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum, caput quintamque partem desuper ei, in quem peccauerunt (damnum dando.)

**IV. De commodato mutuo & pignore.** *Exod. 22. 14.* qui a proximo suo quidquam horum mutuo postulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit, domino non praesente; reddere compelletur, quod si impræsentiarum Dominus fuerit, non restituet. maximè si conductum venerat pro mercede operis sui. *25.* si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor nec usuris opprimes. *26.* si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei, ipsum enim est solum, quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat. *Deut. 24. 6.* non accipies loco pignoris

inferiorem & superiorem molam, quia animam suam opposuit tibi. 10. cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius, sive pignus auferas, sed statim foris, & ille tibi proferet quod habuerit. si autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum, ut dormiens in vestimento suo benedicat tibi. Deut. 23. 19. non fenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. fratri autem tuo absque usura id, quo indiget, commodabis.

V. *De mercenariis & miseris.* Levit. 19. 9. cum messueris segetes terrae tuae, non tonderebis usque ad solum superficiem terrae nec remanentes spicas colliges: neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. idem c. 23. 22. Levit. 19. 13. non morabitur opus mercenarii tui apud te usque mane Deut. 24. 14. non negabis mercedem indigentis & pauperis fratris tui, siue aduenae, qui tecum moratur in terra & intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam. c. 15. 4. omnino indigens & mendicus non erit inter vos. 6. fenerabis gentibus multis, & ipse a nullo accipies mutuum. 7. si unus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuae . . . ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum: sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris, caue ne forte subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo: appropinquat septimus annus remissionis, & avertas oculos tuos a paupere fratre tuo, nolens ei, quod postulat, mutuum commodare . . . sed dabis ei, nec ages quidquam callide in eius necessitatibus subleuandis. Deut.

**23. 24.** ingressus vineam proximi tui , comedē uvas quantum tibi placuerit , foras autem ne efferas tecum. si intraueris in segetem amici tui , franges spicas & manu conteres, falce autem non metes. **c. 24. 19.** quando messueris segetem in agro tuo , & oblitus manipulum reliqueris , non reuerteris ut tollas illum sed aduenam & pupillum & viduam auferre patieris. si fruges collegeris oliuarum, quidquid remanserit in arboribus, non reuerteris ut colligas : sed relinques aduenæ pupillo ac viduæ. si vindemiaueris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in usus aduenæ pupilli ac viduæ.

**VI. De animalibus.** *Exod. 22. 30.* Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. de bobus quoque & aubus similiter facies : septem diebus sit cum Matre sua, die octauâ reddes illum mihi. **c. 23. 4.** si occurreris boui inimici tui aut asino erranti, reduc ad eum. si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis ; sed subleuabis cum eo. *Deut. 22. 1.* non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem & pertransibis : sed reduces fratri tuo , etiamsi non est propinquus frater tuus, nec nosti eum ; duces in domum tuam , & erunt apud te , quam diu querat ea frater tuus, & recipiat. similiter facies de asino & de vestimento , & de omni re fratris tui quæ perierit. si inueneris eam , ne negligas quasi alienam. **v. 4.** si videris asinum fratris tui aut bouem cecidisse in via , non despicies, sed subleuabis cum eo. **v. 6.** si ambulans per viam in arbore vel in terra nidum avis inveneris , & matrem pullis vel ouis desuper incubantem , non tenebis eam cum filiis : sed abire patieris captos tenens filios.

**VII. De Homicidiis.** *Exod. 21. 20.* qui percusserit seruum suum, vel ancillam virgâ , & mortui fuerint in mani-

manibus eius, criminis reus erit. si autem uno die vel duobus superuerit, non subiacebit pena. si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit: subiacebit damno quantum maritus eius expetierit, & arbitri iudicauerint. si autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima &c. si percusserit quispiam oculum serui sui aut ancillæ, & luscios eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo, quem eruit. dentem quoque si excusserit seruo aut ancillæ suæ, similiter dimittet eos liberos. *Levit. 24. 17.* qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. *19.* qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum, sicut fecit, sic fiet ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet, qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur. *21.* qui percusserit hominem, punietur. *Num. 35. 16.* si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit, qui percussus est: reus erit homicidii & ipse morietur. si lapidem iecerit & ictus occubuerit, similiter punietur. si ligno percussus interierit, percussoris sanguine vindicabitur. propinquus occisi homicidam interficiet, statim ut apprehenderit eum. si per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quidpiam in eum per insidias; aut cum esset inimicus manu percusserit & ille mortuus fuerit, percussor homicidii reus erit. cognatus occisi statim, ut inuenerit eum, iugulabit. *30.* Homicida sub testibus punietur: ad unius testimonium nullus condemnabitur. non accipietis pretium ab eo, qui reus est sanguinis: statim & ipse morietur. *Deut. 22. 8.* cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio & in præcepsum ruente c. *25. 2.* si iudices eum, qui peccauit, dignum viderint plenis proster-

nerit

nent & coram se facient verberari. pro mensura peccati erit & plagarum modus: ita dumtaxat, ut quadragenarium numerum non excedant ne forte lacertus ante oculos tuos abeat frater tuus. **II.** si habuerint inter se iurgium viri duo, & unus contra alterum rixari cæperit, volensque vxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, miseritque manum & apprehenderit verenda eius: absides manum illius, nec flecteris super eam vllâ misericordiâ.

**VIII.** *De testibus.* *Levit.* 5. si peccauerit anima & audiuerit vocem iuvantis, testisque fuerit quod aut ipse vidi aut conscius est: nisi indicauerit portabit iniqutatem suam. *Deut.* 17. 6. in ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur, nemo occidatur uno contra se dicente testimonium. manus testium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur. c. 19. 15. non stabit testis unus contra aliquem, quidquid illud peccati & facinoris fuerit: sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. 16. si steterit testis mendax contra hominem, . . . reddent ei sicut fratri suo facere cogitauerat, & auferes malum de medio tui. vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. non misereberis eius, sed animam pro anima exiges.

**IX.** *De cæde animalium.* *Levit.* 24. 21. qui percussit jumentum reddet aliud. *Exod.* 21, 28. si bos cornu percusserit virum aut mulierem, & mortui fuerint lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius: dominus quoque bouis innocens erit, quod si bos cornu-peta fuerit ab heri & nudius tertius & contestati sunt Dominum eius nec recluserit eum occideritque vi um aut mulierem: & bos lapidibus obruetur & Dominum eius occident, quod si pretium fuerit ei impositum, dabit pro

anima sua quidquid fuerit postulatum: filium quoque & filiam si cornu percusserit, simili sententiae subiacebit. si seruum ancillamque invaserit, triginta siclos argenti Domino dabit, bos vero lapidibus opprimetur. si quis aperuerit cisternam & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos aut asinus in eam, reddet Dominus cisternæ pretium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit. si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit, vendent bouem viuum & diuident pretium: cadauer autem mortui inter se dispergent. si autem sciebat quod bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius & non custodivit eum Dominus suus: reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

X. *De Matrimonio & Repadio.* Matrimonia vetita in gradibus consanguinitatis & affinitatis. *Levit.* 18. 19. ad mulierem quæ patitur menstrua non accedes. c. 20. 18. qui coierit cum muliere in fluxu menstruo . . . . in terficientur ambo de medio populi sui. *Num.* 36. 8. viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ (hæredes) de eadem tribu maritos accipient: ut hæreditas permaneat in familiis, nec sibi misceantur tribus sed ita maneant ut a Domino separatae sunt. *Deut.* 21. 10. si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuosque duxeris & videris in numero captiuorum mulierem pulchram & adamaueris eam voluerisque habere vxorem, introduces eam in domum tuam: quæ radet cæsariem & circumcidet vngues & deponet vestem in qua capta est, sedensque in domo tua flebit patrem & matrem suam uno mense, & postea intrabis ad eam dormiesque cum illa & erit vxor tua. si autem postea non sederit animo tuo, dimittes

eam

eam liberam nec vendere poteris pecuniā nec opprimere per potentiam, quia humilisti eam. 15. si habuerit homo vxores duas vnam dilectam & alteram odiosam: genuerintque ex eo liberos & fuerit filius odiosae primogenitus, volueritque substantiam inter filios suos diuidere: non poterit filium dilectæ facere primo genitum & præferre filio odiosæ, sed filium odiosæ agnoscat primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplia: iste est enim principium liborum eius, & huic debentur primogenita. Deut. 24. si acceperit homo vxorem & habuerit eam, & non inuenierit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudii & tradet in manu illius & dimittet eam de domo sua. cumque egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii, & dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit: non poterit prior matitus recipere eam in vxorem quia polluta est & abominabilis facta est coram Domino (respectuē.) c. 25. 5. quando habitauerint fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alterius, sed accipiet eam frater eius & suscitabit semen fratris sui, & primogenitum ex ea filium nomine fratris sui appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel. si autem noluerit accipere vxorem fratris sui, quæ ei lege debetur: perget mulier ad portam ciuitatis & interpellabit maiores natu dicetque: non vult frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israel, nec me in coniugem sumere. statimque accersiri eum facient & interrogabunt. si responderit: nolo eam vxorem accipere, accedet mulier ad eum coram senioribus & tollat calceamentum de pede eius, sputetque in faciem illius & dicet: sic fiet homini qui non ædificat domum fratris.

fratris sui. & vocabitur nomen illius in Israel, Domus  
Discalceati.

XI. *De Rege & bello. Deut. 17. 15.* non poteris alterius gentis hominem regem facere qui non sit frater tuus. cumque fuerit constitutus non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum ... cum Dominus præceperit vobis vt nequaquam amplius per eandem viam reuertamini. non habebit uxores plures, quæ allicit antimum eius: neque argenti & auri immensa pondera. 18. describet sibi Deuteronomium ... & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deum suum .... nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram vel sinistram vt longo tempore regnet ipse & filii eius super Israel. c. 20. si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitus & currus & maiorem quam tu habeas adversarii exercitus multitudinem, non timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecum est ... appropinquante autem iam prælio stabit sacerdos ante faciem, & sic loquetur ad populum: audi Israel vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere nolite cedere nec formidetis eos: quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra adversarios dimicabit vt eruat vos de periculo. duces quoque per singulas turmas audiente exercitu proclaimabunt: ut ædificantes domos nouas aut vineas, sponsi & pauidi domum redeant &c. tum. 9, unusquisque suos ad bellandum cuneos præparabit. 10. si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem. si receperit & aperuerit tibi portas cunctus populus qui in ea est, saluabitur & seruiet tibi sub tributo. si autem fædus inire noluerit, & cæperit, contra

contra te bellum, oppugnabis eam . . . percuties omne quod in ea generis masculini est in ore gladii, absque mulieribus & infantibus, iumentis & cæteris quæ in ciuitate sunt. omnem prædam exercitui diuides & comedes de spoliis hostium. 15. sic facies de cunctis ciuitatibus quæ a te procul valde sunt, & non sunt de his urbibus, quas in possessionem accepturus es. de his autem ciuitatibus quæ dabuntur tibi nullum omnino permittes viuere, sed interficies in ore gladii *Hethæum* vide-licet & *Amorrhæum* & *Chananæum*, *Pheræum* & *Heuæum* & *Jebusæum*, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus. *Exod. 23. 33.* non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me. 19. quando obsederis ciuitatem multo tempore & munitionibus circumdederis ut expugnes eam, non succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem . . . si qua autem ligna non sunt pomifera sed a-grestia & in cæteros apta usus, succide & instrue machinas donec capias ciuitatem. *Num. 10. 2.* fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra. 4. si semel clangueris venient ad te principes & capita multitudinis Israël. si autem prolixior atque concisus clangor increpuerit, mouebunt castra primi qui erunt ad orientalem plagam. 9. si exeritis ad bellum de terra vestra contra hostes qui dimicant aduersum vos, clangatis v'lulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro ut eruamini de manibus inimicorum vestrorum.

*Exod. 17. 15.* delebo memoriam Amalec sub cælo. *Num. 25. 17.* Hostes vos sentiant Madianitæ & percutite eos, quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & decepero insidiis per idolum Phogor, & Cozbi filiam

ducis Madian sororem suam , quæ percussa est in die plague prosacrilegio Phogor. Deut. 25. 18. Memento quid fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris de Ægypto : quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui , qui lassi assidebant , cæciderit , quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit Deum, cum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subicerit cunctas per circuitum Nationes in terra quam tibi pollicitus est, delebis nomen eius sub cælo. caue ne obliuiscaris.

*Præcepta Cæremonialia in Classes 10 diuisa.*

I. *De loco Victimatum & Sanctuarii.* Nota : ante datum legem licebat offerre Deo omni loco , lege data, oportuit offerre loco a lege deputato, citra Dispensationem saepius a Deo factam. Deut. 12, caue ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris : sed in eo quem elegerit Dominus in vna Tribuum tuarum offeres hostias. v. 5. ad locum quem Elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris , vt ponat nomen suum ibi & habitet in eo, venietis : & offeretis in loco illo holocausta, & victimas vestras decimas & primicias manuum vestrarum, & vota atque donaria, primo genita boum & ovium: & comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri ac lætabimini v. 8. non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur. c. 14. 24. cum autem longior fuerit via, & locus quem elegerit Dominus Deus tuus, tibique benedixerit , nec potueris ad eum hæc cuncta portare : vendes omnia & in pretium rediges , portabisque Manu tua, & proficisceris ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus , & emes ex eadem pecunia quidquid tibi placuerit, siue ex armentis siue ex ouibus, vinum quoque & siceram. c. 12. 26, quæ sanctificaueris

ueris & voueris Domino , tolles & venies ad locum quem elegerit Dominus, & offeres oblationes tuas.

II. *De Tabernaculo. Exod. 25, & 35.* commendat Moyses oblationem spontaneam materialium ad facendum Deo Tabernaculum. hec erant: aurum argentum & hiachintus purpura coccus bis tinctus byssus pili caprarum pelles arietum rubricatae , pelles ianthinæ & ligna Cetim. adde oleum ad luminaria concinnanda. aromata in vnguentum & thymiamata boni odoris: lapides onychinos & gemmas ad ornandum Ephod ac Rationale. c. 38, oblata spontaneé 29 talenta auri & 730 sicli e censu capitum. 100 talenta argenti , vnde factæ centum bases Sanctuarii, & 1775 sicli pro capitibus columnarum. talenta æris 2070 oblata sunt , & 400 sicli. talentum ponderat 125 libras romanas. c. 36. 5. Artifices dixerunt : plus offert populus quam necessarium est. iussit ergo Moyses præconis voce cantari : nec vir nec mulier quidquam offerat vltra in opere sanctuarij. sicque cessatum est a ministris offerendis eo quod oblata sufficerent & superabundarent. c. 26. & 36. facies tabulas stantes Tabernaculi de lignis setim , quæ singulæ 10 cubitos in longitudine habeant, & in latitudine 1 & semis. in lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectantur. tabulæ 20 erunt in latere Meridiano & 20 in aquilonari. binæ bases singulis tabulis per duos angulos subyciantur. ad occidentalem vero plagam facies 6 tabulas & iterum alias 2. quæ in angulis erigantur post tergum Tabernaculi. bases earum argenteæ 16. facies & vectes de lignis Setim 5. ad continendas tabulas ipsas quoque tabulas deaurabis , & fundes in eis antulos aureos , per quos vectes tabulata contineant , quos operies Laminis aureis. c. 26. 31. facies & velum de hyacin-

hyacintho & purpura cocoque bis tincto & byssō retorta, opere plumario & pulchra varietate contextum: quod appendes ante 4 columnas de lignis Setim, quae ipsae quidem deauratae erunt, & habebunt capita aurea, sed bases argenteas. inferetur autem velum per circulos (*litfen*) intra quod pones arcam testimonii, quo & sanctuarium & sanctuarii sanctuaria diuidentur. c. 26. 10. cortinas be byssō retorta & hyacintho ac purpura cocoque bis tincto variatas opere plumario facies. longitudo cortinę vnius habebit 28 cubitos. latitudo 4 cubitorum erit. quinque cortinæ sibi iungentur mutuo, & aliæ quinque nexu simil cohærebunt, ansulas hyacinthinas in lateribus & summitatibus facies cortinarum: ut possint invicem copulari. 50 ansulas cortina habebit in vtraque parte. facies & 50 circulos aureos quibus cortinarum, vela iungenda sunt. 7. facies & saga cilicina 11 ad operiendum teatum tabernaculi, longitudo sagi vnius habebit 30 cubitos & latitudo 4. e quibus 5 iunges forsim, & sex sibi mutuo copulabis, ita ut sextum sagum in fronte tectiduplices. facies & 50 ansas in ora sagi vnius . . . . & 50 fibulas en eas quibus iungantur ansæ. 14. facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis, & super hoc rursum aliud operimentum de Janthinis pellibus. longitudo tabernaculi 30 cubitorum, latitudo & altitudo 10. quadrum occidentale 10 cubitorum erat sanctum sanctorum. in hoc reponenda Arca testamenti. huius fabrica describitur Cap. 25. 10. arcam de lignis setim compingite cuius longitudo habeat 2 & semis cubitos, latitudo & altitudo 1 & semis deaurabis eam auro mundissimo intus & foris. faciesque supra coronam auream per circuitum, & 4 circulos aureos quos pones per 4 arcæ angulos. facies quoque vectes de lignis setim &

operies

operies eos auro, inducesque per circulos qui sunt in arcæ lateribus ut portetur in eis, qui semper erunt in circulis nec vñquam extrahantur ab eis. 17 facies & propitiatorium de auro mundissimo: duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac semissem latitudo. duos quoque Cherubim aureos & productiles facies ex vtraque parte oraculi. Cherub vñus sit in latere vno & alter in altero, vtrumque latus propitiatorij tegant expandentes alas & operientes oraculum respiciantque se mutuo versis vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca, in qua pones testimonium quod dabo tibi; inde præcipiam & loquar ad te. 23. facies & mensam de lignis setim habentem 2 cubitos longitudinis & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem, & inaurabis illam auro purissimo; faciesque illi labium aureum per circuitum & ipsi labio coronam interasilem altam 4 digitis, & super illam alteram coronam aureolam. quatuor quoque circulos aureos .... vt mittantur vectes per eos & possit mensa portari. ipfos quoque vectes facies de lignis setim, & circumdabis auro ad subuehendam mensam. 31. facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos & scyphos & sphærulas & lilia ex ipso procedentia. sex calami egredientur de lateribus: tres ex vno latere & tres ex altero. tres scyphi quasi in nucis modum per calamos sanguulos, sphærulaque simul & lilyum .... in ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulaque per singulos & lilia .... facies & lucernas septem & pones eas super candelabrum, vt luceant ex aduerso. omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis habebit talentum auri purissimi. c. 27. 20. præcipe .... Oleum de arboribus oliuarum purissimum p-

loque contusum. 1. facies & altare de lignis setim, quod  
 habebit 5 cubitos in longitudine, & totidem in latitu-  
 dine, & 3 cubitos in altitudine. cornua autem per 4  
 angulos ex ipso erunt, & operies illud ære. .... facies &  
 vectes altaris de lignis setim duos, quos operies La-  
 minis æneis. 9. facies & atrium Tabernaculi, in cuius  
 australi plaga contra meridiem erunt tentoria de bysso  
 retortâ: 100 cubitos vnum latus tenebit in longitudi-  
 ne: & columnas 20 cum basibus totidem æneis quæ  
 capita cum celaturis habebunt argentea. similiter & in  
 latere aquilonis ... in latitudine verò atrii quod respicit  
 ad occidentem, erunt tentoria per 50 cubitos & colum-  
 næ deceim basisque totidem. ad orientem 50 cubiti e-  
 runt: in quibus 15 cubitorum tentoria lateri vni de-  
 putabuntur columnæque tres & bases totidem. in la-  
 tere altero *idem*. in introitu verò atrii fiet tentorium  
 cubitorum 20 ex hyacintho & purpura cocoque bis  
 tincto & bysso retortâ opere plumarii: columnas ha-  
 bebit 4 cum basibus totidem. omnes columnæ atrii per  
 circuitum vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus ar-  
 genteis & basibus æneis .... altitudo 5 cubitorum e-  
 rit. ¶ 19. cuncta vasa Tabernaculi tam paxillos eius  
 quam atrii ex ære facies. c. 30. facies quoque altare,  
 ad adolendum Timiama, de lignis Setim: habens cu-  
 bitum longitudinis & alterum latitudinis .... & 2 cubi-  
 tos in altitudine. cornua ex ipso procedent. vestiesque  
 illud auro purissimo, tam craticulam quam parietes per  
 circuitum & cornua. feciesque ei coronam aureolam  
 per gyrum & 2 annulos sub corona per singula latera,  
 vt mittantur in eos vectes *inaurati*, vt altare portetur.  
 ¶ 34. dixitque Dominus ad Moysen: sume tibi aro-  
 mata, stacten & onicha, galbanum boni odoris & thus  
 lucidissimum; æqualis ponderis erunt omnia, facies  
 que

que timiama. hoc ponebatur in mensa panum Propositionis , & inde Sacerdos mane & vespere illud assu- mebat. columnæ veli primi erant 4. de lignis Setim inauratæ : columnæ veli secundi 5. columnæ atrii 60 cum basibus totidem erant æreæ 5 cubitorum altitudi- nis, distantes a se 5 cubitis. quatuor mediæ columnæ in parte orientali atrii servient pro porta & ingressu.

**III. De vestibus Ministrorum, Consecratione & Muniis.**  
 Ministri sacri in Tabernaculo deservituri Aaron & suc- cessores eius Pontifices : vti quatuor eius filii ac suc- cessores eorum Sacerdotes. adde Leuitas consecrandos a 20 vel 25 annis. vestes pontificiae 6. Exod. 28 : Ra- tionale & super humerale seu *Ephod* e stamine byssino, subtegmine de filis aureis , hiacyntho purpura , cocco- que bis tincto ; in cuius limbo pendula 12 saltem tin- tinnabula aurea & malogranata totidem. Rationale ju- dicii habebat inscripta nomina 12 Patriarcharum filio- rum Jacob , ac *Vrim* & *Tummim* , hoc est : doctrina & veritas. aliæ vestes ; femoralia & tunica linea striata, tunica hiacynthina laxior & duo cingula, ac cidaris seu baltheus cum lamina aurea cui inscriptum: *sandum Do- mino*. vestes verò sacerdotales : femoralia & tunica li- nea cum cingulo & cidari siue tiara. pro consecratio- ne Ministorum Exod. 30. 33. vnguentis Materia sunt. staete seu mirra electa pro 500 siclis, & cassia pro 500: cinnamonum pro 250 siclis & calamus aromaticus pro 250: oleum oliuarum ad mensuram *Hin* , seu 5. fere poculorum præparata opere vnguentarii. vnguen- tum hoc sacrum non poterat applicari vñibus profanis, nec aliud componi sub poena mortis. Hoc vnguento a Moyse vngendum & consecrandum Tabernaculum, arca , mensa , candelabrum , altaria, labrum æneum & omnia vas a: vti Aaron, Sacerdotes ac vestes. *Ritus con-*

*Seocrandi.* Moyses lauabat Pontificem & Sacerdotes : vestibus sacris eos induebat : per 7 dies quotidie vngebat eos & altare : offerebat vitulum pro peccato & duos arietes, vnumin holocaustum alterum in hostiam pacificam cum panibus azymis. die 8. Aaron suas primicias celebrabat , omnisque generis victimas offerebat, *Exod. 29. Levit. 8. & 9.* Munus Pontificis semel in anno 10 die Thisri seu festo Expiationis ingredi in Sanctum Sanctorum illud lustrando, ac totum populum expiando. Pontifex nec Patrem nec Matrem mortuos, plangere poterat: ac solam virginem & nobilem ducere debebat vxorem *Leuit. 21.* Sacerdotes quoque a funeribus ciuium & Principis abstinere debebant: sed proximorum consanguineorum funeribus interesse poterant. *Leuit 10.* abstinere debebant vino & sicera , dum ingressuri Tabernaculum sub pena mortis & carere maculis ac vitiis corporis. *v. 18.* nec accedet ad ministerium eius : si cæcus fuerit vel claudus : si paruo vel grandi vel torto naso : si fracto pede, si manco : si gibbus si lippus si albuginem habens in oculo : si iugem scabiem, si impetiginem in corpore vel herniosus. *Munus Sacerdotum :* sacrificent in atrio: vespere accendant lucernas in candelabro: tum & mane quotidie Timia-ma offerant in altari Timiamatis : Sabbatho 12 nouos panes propositionis in mensa ponant & veteres tollant: populo benedicant formâ præscriptâ *Num. 6. 24.* vt & Deus benedicat populo. Die 8. Aaronis filii pariter suis muniis fungi cæperunt ; vnde Nabat & Abiu profano vtentes igne , ab igne consumpti sunt. *Nnm. 19.* pro aqua lustrationis quotannis sumenda vacca rufa sine macula, quæ non portauerit iugum. hanc in Sinai immolauit Sacerdos Eleazarus iuxta Ritum præscriptum, qui erat : Sacerdos eam immolet extra castra, totamque

éomburat cum ligno cedrino , coco bis tincto & hy-  
sopo. colligat vir mundus cineres vaccæ combustæ,  
qui pro mundatione in aquam viuam seu fluualem  
spargentur , ijsque immundus ; præsertim ex contactu  
mortui vel morticini aspergetur die 3 & 7 . & expiabitur.  
Omnes qui ingrediuntur tentorium mortui in Ta-  
bernaculo , immundi sunt 7 diebus , vti omnia vasa  
quæ ibi sunt : & qui tangunt cadaver vel ossa aut se-  
pulcrum hominis mortui , similiter die 3 & 7 expiandi ;  
alias peribunt de medio Ecclesiæ.

*Leuitarum consecratio.* Moyses eos aspergebat aquâ  
Lustrationis : ipsi radebant omnes pilos carnis suæ : la-  
uabant vestes suas : Moyses sistebat eos Domino & of-  
ferebant vnum bouem pro peccato & alterum in ho-  
locaustum : filii Israel imponebant eis manus suas :  
Aaron offerebat eos Domino , eorumque boves immo-  
lans , pro eis orabat , Num. 8. 7. tam Pontifex , quam  
Sacerdotes Ministrabant in Tabernaculo , & Leuitæ ex-  
cubabant ad horum præcepta , & ad cuncta opera Ta-  
bernaculi ; ita tamen , ut ad vasa Sanctuarii & altare  
non accedant , ne moriantur. Omnia quæ intra velum  
sunt & ad cultum altaris pertinent , per Sacerdotes ad-  
ministrabuntur . si quis extraneus accesserit occidetur.  
Num. 18. 22. Non accedant ultra filij Israel ad Taber-  
naculum , nec committant peccatum mortiferum . in  
terra Israel partem non habebant Pontifex , Sacerdotes  
& Leuitæ . hi habebant vites Leuiticas ad habitandum ,  
ac subvrbana ad 1000 cubitos circumcirca , & decimas  
omnium . ex his dabant decimam meliorem Sacerdoti-  
bus . Leuitæ serviebant in Tabernaculo a 25 anno ad 50  
& debebant tam custodire quam transportare taberna-  
culum & vasa Sanctuarij , robustiores a 30 ad 50 por-  
tabant : Caathitæ Arcam , mensam , candelabrum & al-

taria in humeris portabant : Gersonitæ cortinas & ve-  
la, habebantque 2 plaustra & 4. boues : Meraritæ reli-  
qua, qui habebant 4 plaustra & 8 boues ; nec sufficie-  
bant. in consecratione Tabernaculi Principes 12 iunc-  
tim offerebant hæc 6 plaustra teæta, & singuli bouem  
vnum Num. 7. insuper alia pretiosa. præter custodiam  
Ministrorum Sacrorum , habebat Tabernaculum nu-  
merosam custodiam militarem. Num. 1. 46. summa:  
603550, vti & erat Exod. 38.25, Ad orientem Ta-  
bernaculi extra atrium Num. 2. post Moysen & Aaron  
Tribus Juda 74600, media inter Isachar 54400, &  
Zabulon 57400. ad Meridiem post Caathitas 8600,  
Ruben 46500 Medius inter Simeon 59300 & Gad  
45650. ad occidentem post Gersonitas 7500, Ephra-  
im 40300, Medius inter Manassen 32200 & Benia-  
min 35400. ad Boream post Meraritas 6200. Dan  
62700 Medius inter Aser 41500, & Neptalim 53400  
Trias Judæ 186400 per turmas suas prima egredietur  
in Motione castrorum : Trias Ruben 151450, secun-  
do loco : Trias Epraim 108100 tertio, & Trias Dan  
157600 vltimo loco. Triadem Juda sequebantur Me-  
raritæ cum structura Tabernaculi in plaustris. & Ger-  
sonitæ cum pellibus cortinis & velis. Triadem Ruben  
sequebantur Caathitæ humeris portantes sanctuaria.  
Arca portabatur sub columna duce.

#### IV. De 4 speciebus Sacrificiorum.

Primum & perfæctissimum Sacrificium est Holo-  
caustum, de boibus vitulis ouibus capris turturibus vel  
pullis columbarum. animal hoc masculum sit & in-  
tegrum, totumque Deo comburatur pelle excepta, quæ  
cedet Sacerdoti sacrificanti Levit. 1. & 7. Mincha se-  
cunda species est victima farrea aut ex simila : vel ex  
spicis aut ex panibus, cibano sartagine seu craticulâ  
coctis,

coctis. sale conditatur infundaturque ei oleum & impo-  
 natur thus. sit fermentata & melle careat. pugillus,  
 plenus ex ea cremetur Deo: reliquum cedet Sacerdoti  
 sacrificanti. *Levit. 2.* statuitur certa mensura libaminum  
 singulis hostiis *Num. 15.* Hostia pacifica tertia species,  
 sit bos ouis aut capra. sanguis adeps & renes Deo ado-  
 leantur. pectus & armus dexter cedet Sacerdoti sacri-  
 ficanti. caro reliqua laico offerenti. *Levit. 3.* quarta  
 species hostia pro peccato *Levit. 4.* si hoc per ignoran-  
 tiam commissum; eâ detectâ pro peccato Pontificis,  
 Sacerdotis vñcti vel maioris partis populi, hostia erit  
 vitulus vel bos immaculatus. partem sanguinis ipse  
 Pontifex vel sacerdos peccans inferebat in Tabernacu-  
 lum, vbi intingendo digitum aspergebat septies coram  
 Domino contra velum Sanctuarij, & ponebat super  
 cornua altaris Timiamatis. reliquum sanguinem effun-  
 debat ad basim altaris holocaustorum. pellem omnem  
 carnem intestina reliqua caput & pedes extra castra in  
 loco mundo cremanda. *¶ 22.* si peccauerit Princeps,  
 hostia sit hircus de capris immaculatus: si anima de  
 populo terræ *¶ 29.* hostia erit capra immaculata seu  
 annicula. hæc in Sinai præcepta pro tunc. post ingre-  
 sum verò in terram Chanaan *Num. 15. 22.* pro peccato  
 ignorantiae populi aut Maioris partis exigitur vitulus in  
 holocaustum & hircus pro peccato. *¶ 27.* si anima  
 vna peccarit nesciens, capra annicula. *¶ 30.* anima ve-  
 rò quæ per superbiam peccauit, peribit de populo suo:  
 verbum enim Domini contempsit, idcirco delebitur.  
*Levit. 5. 15.* anima præuaricans per errorem vel ne-  
 scientiam Cæremoniarum, offeret atritem immacula-  
 tum de gregibus 2 siclorum, *¶ 2. 3... & 4.* de pec-  
 catore ex scientia dicitur: portabit iniquitatem suam.  
 pauperes qui pro peccatis ignorantiae nequeunt offerre  
 capram

capram ouem aut agnum ꝑ. 7. offerant 2 turtures,  
vel 2 pullos columbarum: vel saltem ꝑ. 11. similæ  
partem Ephi decimam cum sale, absque oleo & thure.  
ante sacrificia pro graui peccato formalí, agenda pœni-  
tentia interior coram Deo, ut culpa deleatur coram Deo,  
& ita profint amplius sacrificia. Cap. 6. qui scienter  
Damnificauit proximum, convictus delicti debet red-  
dere totum, & quintam insuper partem Domino. pro  
peccato autem arietem immaculatum de grege iuxta  
æstimationem delicti. hic immolandus a Sacerdote.  
ꝑ. 9, præcipitur Aaroni & filiis oblatio iugis Sacrifi-  
cii. agnus vespertinus cremabitur in altari tota nocte per  
partes ad vigilante Sacerdote. ignis facer ex eodem al-  
tari erit, & in eodem perpetuo conservabitur. hunc nu-  
triebat Sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies  
agnus matutinus seu iuge Sacrificium matutinum cre-  
mabatur totum summo mane. postea litabantur & cre-  
mabantur aliæ hostiæ diurnæ. immundi & alienigenæ  
ab eſu victimarum abstineant.

#### V. De Preventibus Sacerdotum & Leuitarum.

In Chananæa Sacerdotes & Leuitæ obtinuerunt ci-  
uitates Sacerdotales & Leuiticas in singulis Tribubus  
Israel, ad inhabitandum, & suburbana ad 1000 cubi-  
tos circumcirca ad alenda pecora sua. Sacerdotes insu-  
per habent omnia primogenita in re, vel in æquiva-  
lenti dum præscribebatur redemptio. habent etiam  
omnes oblationes: ex holocausto pellem: ex hostia  
pacifica pectusculum & armum dextrum: ex hostia pro  
peccato totam carnem: ex mincha totum, excepto  
pugillo, qui cremabatur Deo. Levit. 6. 16. reliquam  
partem similæ comedet Aaron cum filiis suis absque  
fermento, & comedet in loco sancto atrii Tabernaculi.  
ꝑ. 20. describitur mincha a Sacerdote offerenda in die  
vñctio-

vñctionis suæ; quæ ¶. 22. tota cremabitur in altari: omne enim Sacrificium Sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo. c. 7. 6. hostiam pro délico comedet omnis masculus de Sacerdotali genere in loco sancto. mincha & hostia pacifica pro parte cedunt Sacerdoti actualiter Sacrificanti, ita ut habeat omnia quæ offert suo die. alter verò sacerdos pariter habet omnia suo die. carnes hostiæ pacificæ pro gratiarum actione, eodem comedentur die: votiuæ vel spontaneæ etiam secundo die comedи possunt. quidquid tertius dies invenerit, ignis absumet ¶. 17. eſus adipis & sanguinis omnino & omnibus prohibetur ¶. 27. omnis anima quæ ederit sanguinem peribit de populo suo. dicitur ¶. 37 has leges datas a Deo Moysi in monte Sinai. intellige incompletæ, quia necdum erat locus sacrificiorum seu Tabernaculum. hoc constructo & erecto Deus iteravit præcepta hæc loquens Moysi de Propitiatorio ut habes c. 1. Levit. Præter provenitus præfatos, habebant Sacerdotes a Leuitis ex decimis Leuiticis decimam decimæ meliorem. Leuitæ soli habebant omnes decimas. dum verò in templo seu tabernaculo actu seruiebant, habebant cibos co[m]munes & alia, vti cæteri: & insuper accipiebant decimas suas ordinarias, ac si actu habitarent & seruirent in urbibus Leuiticis.

#### VI. De Primogenitis Primitijs & Decimis Exod. 13.

Primogenita omnia de hominibus & iumentis Dominu[m] offerenda in Chananæa ad memoriam liberatio[nis] de Ægypto. primogenitum asini mutandum oue vel occidendum. primogenitum hominis redimendum s[ic] s[ic] fructus arborum tribus primis annis abiendi. quarto anno omnes Deo offerantur: quinto vesceris fructibus.

decimæ primæ fructuum omnium & animalium ; primitiæ panum & pulmentorum Deo offerendæ pro Leuitis. *Num. 15. 19.* separabitis primitias Domino de cibis vestris & de pulmentis. aliæ decimæ seponendæ erant pro itinere & victimis , dum ter in anno ascendendum ad templum , anno quo uis tertio, tertiae insuper decimæ separandæ pro pauperibus. decimæ in dividuo offerendæ , nec mutandæ, *Deut. 15. 19.* Non operaberis in primogenito bouis , & non tonderebis primogenita ouium. ô Sacerdos , in conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos in loco quem elegerit Dominus, tu & Domus tua. *Exod. 23. 19.* primitias frugum terræ tuæ, deferes in domum Domini Dei tui, *Leuit. 23. 10.* primitias spicarum hordei offeres die 2 Azymorum : *Ex. 17,* primitias panum in Pentecoste , & primitias frugum omnium in fine anni, seu mense Thisri *Deut. 26.* Dum numerantur filii Israël Deo præcipiente vel necessitate vrgente *Exod. 30.* singuli pro capite offerant dimidium sicutum in usum Tabernaculi. tamen *Deut. 23. 18.* non offeres mercudem prostibuli nec pretium canis.

#### VII. De mundis & immundis *Leuit. 11. Deut. 14.*

Animalia terrestria quæ vngulam diuidunt & ruminant munda sunt : vt bos , ouis, hœdus, ceruus, capra &c. quæ verò vngulam non diuidunt, licet ruminent : aut vngulam diuidunt, sed non ruminant vt porcus, immunda sunt. pisces mundi sunt, qui habent pinnulas & squamas : immundi qui pinnulis vel squammis carent. aves mundæ exceptis 20 speciebus : reptilia omnia immunda & illicita. omnis cibus cui aqua superfunditur immundus. morticina, id est, sponte mortua immunda, vti a bestiis prægustata. super quod cadit morticinum immundum erit. *Levit. 12.* mulier post partum

tum immunda. hæc purificanda die 40 post partum masculi, die 80 post partum fœminæ. *Ritus*: veniebat mulier ad atrium immundorum, Sacerdoti offerebat turturem vel pullum columbæ pro peccato, & aspergebatur aqua lustrali ac cinere vitulæ rufæ. dein in atrio mundorum offerebat infantem Deo, si esset masculus primogenitus, eumque mox redimebat 5 sicles & in gratiarum actionem offerebat Deo agnum vel turturem aut pullum columbæ in holocaustum in eodem atrio mundorum. Sacerdos hunc immolabat & purificationem perficiebat. c. 13, leprosi immundi, hinc necessaria cognitio lepræ. 7. species lepræ: alba & lucens, recurrens, inolita, mundissima, capitis & barbæ, caluitii, vestis & Domus. Leprosus in signum lepræ habeat vestes dissutas, caput nudum, os tectum, claret se immundum, & solus habitet extra castra & publicum. curatus a lepra, quia legaliter immundus, debebat legaliter expiari. hinc c. 14. debebat aspergi. 1. sanguine passeris occisi, per alium passerem viuum alligatum baculo cedrino cum coco & hyssopo. mox passer viuus dimittebatur, 2. leprosus lauabat corpus & vestes rasis pilis. 3. diues octauo die offerebat agnum pro delicto & alterum pro peccato, & ouem anniculam in holocaustum cum 3 decimis similæ & olei sextario. pauper verò agnum pro delicto, & turturem vel pullum columbæ pro peccato, ac alterum in holocaustum cum 3 decimis similæ & olei sextario. 4. sanguine agni tingebat Sacerdos aurem dextram mundandi, & pollices dextre manus ac pedis. 5. ex oleo in vola manus sumpto aspergebat septies coram Tabernaculo: reliquum effundebat super extrellum auriculæ dextræ, pollices manus ac pedis dextri & caput. simili fere ratione mundanda vestis & domus. c. 15. seminifluus seu gonorrea

gonorreâ laborans inmundus est, uti est stratum in quo dormierit, & sedes in qua federit. Dum sanatus fuerit, numerabit 7 dies & lotis vestibus ac toto corpore erit mundus. octauo die offeret 2 turtures vel 2 pullos columbarum: vnum pro peccato, alterum in holocaustum. vir & mulier post copulam perfectam laubunt aquâ omne corpus suum, & immundi sunt usque ad vesperam. Menstruata 7 diebus separabitur. vir cum ea coiens inmundus erit 7 diebus. omne stratum in quo dormierit polluetur, uti omne vas super quo federit: & qui tetigerit haec inmundus erit usque ad vesperam. haemorroissa pariter immunda. dum steterit sanguis, numerabit 7 dies, & die octauo offeret pro se. Sacerdoti duos pullos columbarum ad ostium Tabernaculi, vnum pro peccato. & alterum in holocaustum. docebitis filios Israel ut caueant inmunditiam & non moriantur in fôrdibus suis. Eunuchus & Manzer excluduntur Ecclesiâ.

### VIII. De festis Paschæ, Pentecostes, Tubarum &c.c. 23.

Festa Hebræorum antiqua sunt 10: Sabbathi, Neomeniæ, Paschæ, spicarum hordei, Pentecostes, primorum panum, Tubarum, Expiationis, Tebernaculorum seu scenopœgiæ & Cætus. ad sabbathum reducimus annos sabbathicos & Jubilæos. Menses anni sacri & festivales sunt 12. aliquando 13.

1. Nisan. 2. Jiar. 3. Siuân. 4. Tamus. 5. Abb. 6. Elul. 7. Thisri. 8. Machesuan. 9. Casleu. 10. Tebeth. 11. Sebet. 12. Adar.

Adar posterior est mensis 13 & intercalaris septies sub uno Cyclo decennoveniali iuxta hoc vulgatum: ter, ter, bis, ter, ter, ter, bis. hoc est annus 3. 6. 8. 11. 14. 17. 19. habent mensem intercalarem & posteriorem Adar. Sabbathum est festum antiquissimum a mun-

di oxordio religiosé observatum a plerisque Patriarchis: renovatum in Sinai. hac die nullum opus faciendum, & nequidem ignis accendeādus. Exod. 35. Sabbathis præter Juge Sacrificium duo agni in holocaustum offerendi cum suis libaminibus Num. 28.8. violator Sabbathi reus mortis: vnde collector lignorum in sabbatho, dum vagabantur in deserto iussus est lapidari. Num. 15. Kalendæ seu Neomenia celebrabantur singulis mensibus, vti sabbathum singulis septimanis. in his offerendus aries: 2 vituli & 7 agni cum suis libaminibus Num. 29. Mensis septimus Sanctus indicebatur clangore tubarum: annus septimus, sabbaticus erat libertatis & remissionis; septies septimum sequens Jubilæus. tum serui Hebræi liberi diimittebantur, debita fratri hebreo remittebantur, non serendum nec metendum. die 10 Nisan comparandus agnus aut hodus Paschalis integer masculus anniculus: assandus & commedendus per singulas familias cum lactucis agetibus & panibus azimis, pedibus calceatis, baculos habendo in Manibus & festinanter. os non confringendum in eo: circumcisus solus comedet in eadem domo, non relinquendo quidquam usque mane; sed reliquum igne comburendo. immundus aut absens mense primo, faciat 14 die mensis secundi Iiar. sequelantur comedionem agni, 7 dies Azimorum, & primo ac septimo abstinendum ab opere seruili. secundo die offerendæ primitiæ spicarum hordei cum agno in holocaustum, nec anteā gustandus nouus panis aut polenta. quotidie insuper per 7 dies offerendi in holocaustum 2 vituli: aries, 7 agni et hircus pro peccato cum suis libaminibus. Exod. 12. Levit. 23. Num. 28. Die 6. mensis tertii Siuan ratione festi Pentecostes seu datæ legis eadem offerenda, insuper singulæ familiæ offerant 2 panes

nes triticeos primitiarum cum 7 agnis, vitulo & ariete in holocaustum, & hirco pro peccato, ac 2 agnis in hostiam pacificam. Nullum opus seruile faciendum in eo, vti nec in festo Tubarum die 1. Thisri, dum clangendum tubis & cornibus arietum in memoriam liberati Isaac ariete substituto; immolando vitulum arietem & 7 agnos cum suis libaminibus *Num. 29.* Die 10 Thesri erat festum expiationis, in quo nullum opus faciendum, nequidem ab advena: sed affligendæ animæ. Pontifex hoc die veniebat ad Tabernaculum cum suo vitulo pro peccato & ariete in holocaustum: tum lotis manibus & pedibus induebat vestes minorum Sacerdotum ac præsentabat vitulum suum & hircum Domino ad ostium Tabernaculi. aliqui e senioribus populi nomine totius populi offerebant duos hircos pro peccato, & arietem, in holocaustum. Pontifex mittebat sortem super hircos, uter emissarius. tum iugulabat vitulum suum pro peccato & hircum populi, super quem ceciderat sors ut immolaretur. huius hirci & vituli sanguinem commixtum recipiebat: & ingrediens cum thuribulo Sanctum Sanctorum thurificando, aspergebat sanguine septies contra Propitiatorij partem orientalem, orabatque pro peccatis suis & populi. interim carnes & pelles, atque simus tam vituli quam hirci, ab alio quopiam elata extra castra comburebantur. Pontifex ex Sancto Sanctorum veniebat in Sanctum: illudque expiabat tingendo eodem sanguine cornua altaris Timiamatis & orando pro se & populo. ex Sancto rediens ad ostium Tabernaculi seu atrium, caprum emissarium offerebat Domino confitendo peccata omnium Israelitarum, & ea capiti hirci imprecando. mox caprum per certum hominem mittebat in desertum ac vias suas, donec moreretur. tandem depositis vestibus

Sacerdotis communis, Pontifex lauabat corpus, induerat vestes pontificales, ac immolabat arietem suum & arietem populi in holocaustum Domino. *Levit. 16.30.* in hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris: coram Domino mundabimini, die 15 Thysri festum erat Tabernaculorum ad 7 dies: dum habitandum extra domos in tentoriis ex rainis salicium oliuarum palmarum myrtorum, lignique pulcherrimi. die 1. festi, offerendi 13 vituli de armento: 2, 12: 3, 11: 4, 10: 5, 9: 6, 8: 7, 7: cum arietibus 2, & agnis anniculis 14 quotidie. offerenda pariter primitiae frugum omnium. die 22 Thysri erat festum Coetus seu Collectæ populi, qui agebant gratias Deo in atrio Tabernaculi pro liberatione ex Ægypto & introductione in Chananęam post exilium 40 annorum in deserto: & postea in atrio templi concludebant festa totius anni. hoc die ab omni opere seruili abstinentendum, offerenda vitulus aries, agni anniculi 7 in holocaustum, & hircus pro peccato, in occurrentia festorum omnia seruanda. ¶ 9. festo Tabernaculorum incidente in Sabbathum, 1. offerebatur iuge Sacrificium, dein hostiæ Sabbathi: tum hostiæ festi. c. 26. *Levit.* promittit Deus 28 insignes benedictiones servantibus legem: totidem & plures maledictiones comminatur inobedientibus. præter sacrificia præscripta in festis aliisque diebus, fiebant alia sacrificia spontanea & votiva plurima, ac similes oblationes variæ.

#### IX. De Nazarais & votis. *Num. 6.* & *Levit. 27.*

Vouens votum Nazaræi vinum, siceram & quidquid ab vuis exprimitur non bibet, nec vuas recentes aut siccias comedet; comam non tondebit, nec intrabit ad funera, esto patris aut matris. si quis coram eo moriatur, polluetur: vnde radet caput die 1 & 7. octauo vero

verò die offeret 2 turtures, vel 2 pullos columbæ, vnum pro peccato & alterum in holocaustum. completo tempore voti, offeret agnum anniculum in holocaustum, & ouem anniculam pro peccato, & arietem in hostiam pacificam cum sua simila & libamine: tumque radet caput, & crines comburet Domino. homo qui seipsum voulit Deo, redimatur cum proportione ad ætatem & sexum, masculus a 20 ad 60 annum, dabit 50 sicos: fœmina 30. ab anno 5 ad 20: masculus 20. fœmina 10. a mense ad annum 5. pro masculo 5. pro fœmina 3. Sexagenarius masculus & eo maior dabit 15: fœmina 10. pauper tantum dabit, quantum Sacerdos prudenter iudicabit. si voulas animal immolabile, mutare non poteris nec redimere: si inimmolabile, vendatur, pretio, quod sacerdos statuet. primogenitum immolabile ne voulas, cum totum sit Dei. primogenitum immundum redimat voulens, addendo pretio quintam partem, vel alias parimodo. pariter si redimere quis velit rem aliam voti, aut decimas, addet pretio quintam partem. hæres voulens agrum hæreditrium, redimere eum potest per sicolum in annum, proportionatè ad distantiam anni Jubilæi. si redimere nolit, ager cedet in perpetuum Deo & Sacerdotibus. si voulens agrum non sit hæres sed emptor agri, hic eum redimere poterit pretio a Sacerdote taxando iuxta numerum annorum restantium ad Jubilæum: quia tunc ager ad primum hæredem reuertetur. quod per votum Cherem Deo consecratum, non redimatur: sed moriatur naturaliter aut saltem ciuiliter, si homo innocens sit, prout erat filia Jephte. si haec realiter immolata: id factum exspectali Dei præcepto vel instinctu. omne votum & iuramentum virorum, validum est & seruandum Num, 30. vota puellarum & vxorum ratahabere vel

vel irritare possunt pater & Maritus ; si statim ut audi-  
dierint contradixerint , vota & iuramenta irrita erunt.  
vidua & repudiata quidquid voverint reddent. ¶ 14.  
si vxor voverit & iuramento se constrainxerit , vt per  
ieiunium & cæterarum rerum abstinentiam affligat a-  
nimam suam, in arbitrio viri erit, vt faciat vel non faci-  
at. Quod si audiens vir tacuerit & in alteram diem di-  
stulerit sententiam, quidquid voverat reddet; quia statim  
vt audiuit tacuit.

X. De motione Castrorum & aliis variis. Num. 4. 14.

Omnibus circa legem & Tabernaculum in Sina expeditis, c. 1. Præcipitur vt Moyses Aaron & 12 Principes Tribuum Numerent populum ad bellum aptum & leuitas. Reperiuntur milites 603550 & Leuitæ 22300. dum textus S. ponit 22000, omittuntur 300 Leuitæ primogeniti. Summa primogenitorum omnium 22273. Pro his substituti 22000 Leuitæ. Restant 273. qui redempti per 1365 siclos. Ad portandum & curandum Tabernaculum Caathitæ 2750 : Gersonitæ 2630 : Meraritæ 3200. Summa 8580. Soli Leuitæ loco primogenitorum seruiebant Sacerdotibus. Externus qui ad ministrandum accedebat reus erat mortis. Dum castra mouenda Aaron & filii deponebant velum ad involuendam Arcam, mensam, candelabrum, altare Timiamatis & vas omnia : vti altare holocaustorum & supellecilem. Tum intrabant Meraritæ ad portandum involuta, quibus præerat Eleazarus Sacerdos , vti curæ olei, incensi, Timiamatis. Postea Gersonitæ deponabant operimenta & vela omnia, partim humeris portanda, partim plaustris vehenda, & ijs præerat Ithamar vti Meraritis reliquum Tabernaculum curantibus. c. 10. præcipitur Moysi , vt fieri curet 2 tubas argen-  
teas ductiles ad conuocandam multitudinem pro mo-

uendis castris. Dum increpuerit vtraque tuba congbatur omnis populus versus atrium Tabernaculi. Si semel clanguerit vna tuba venient ad Moysen ante Tabernaculum Principes & capita multitudinis. Si prolixior sit clangor, mouebuntur castra. Ad primum Trias Iuda: ad secundum Trias Ruben : ad tertium Trias Efraim & ad quartum Trias Dan. Si exieritis ad bellum. clangetis v'lulantibus tubis : in epulis festis & Neomenijs clangetis tubis super holocaustis & pacificis. *Levit. 17.* Maestatio animalium ad Sacrificia , fiat ad ostium Tabernaculi , vel saltem alibi occisa eo adferantur ad Sacerdotem. c. 19. Non seres agrum diuerso semine non arabis in boue & asino nec vteris veste de lana & lino : preputia arborum circumcidenda : coma in rotundum non attondenda , nec barba radenda. Super mortuo caro non incidenda, nec figuræ aut stigmata facienda. c. 21. Sacerdotis filia fornicans flammis exurenda. *Num. 35.* Homicida casualis maneat in vrbe refugij vsque ad mortem Pontificis. *Deut. 21.* Si inuentum sit cadauer occisi in agro, seniores vrbis vicinæ adducent vitulam ad vallem asperam , ibique eam maestabunt, ac super eam leuabunt manus suas & dicent : manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc , nec oculi viderunt. Propitius esto populo tuo Deus Israël. *Levit. 25.* anno 49 mense septimo proclamabis sequentem annum quinquagesimum fore Jubilæum. *Num. 15.* Vesteræ vestræ habeant fimbrias cum vittis hyacinthi- nis, quæ vos semper admoneant leges Dei. *Levit. 19.* 19. Iumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. *Deut. 23. 10.* Homo nocturno pollutus somnio egredietur extra castra, & non reuertetur, priusquam ad vesperam lauetur aqua. 11. 12. Habebis locum extra castra ad quem egredieris ad requisita naturæ,

naturæ , gerens paxillum in baltheo ; cumque federis fodies per circuitum , & egestâ humo operies quo re-leuatus es ; & sint castra tua sancta & nihil in eis appa-reat fæditatis : quia Dominus est in medio castrorum tuorum.

Synopsis hæc est legis Mosaicæ quia constat ante le-gem fuisse aliqua Præcepta , positiva diuina : Gen. 2. 17. De ligno scientiæ boni & mali ne comedas , sub pæna mortis. & v. 24. Adam promulgavit præcep-tum positium diuinum insolubilitatis & unitatis Ma-trimonii Gen. 9. 4. carnem cum sanguine non come-detis. v. 5. Vetatur homicidium : qui fuderit san-guinem fundetur sanguis ipsius. c. 17. 10. Circumci-detur ex vobis omne masculinum. v. 14. Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit , delebitur anima illa de populo suo. Etiam ante legem scriptam Deus dedit varia præcepta personalia his & illis : v. g. Noe in fabricatione arcæ , ingressu , egressu: Abrahæ vt egredetur de terra sua : Isaac vt maneret in Gerara , nec descenderet in Ægyptum: Moysi, Aaron, Pharaoni ad liberandum populum : iterum Moysi ad fabrican-dum Tabernaculum & similia. Hæc non spectant ad legem scriptam. Aliqui adstruunt positium præcep-tum diuinum de sanctificando sabbatho a mundi exor-dio : de abstinentia ab esu carnis ante diluuium : de ob-lationibus Deo faciendis &c. sed non satis constat de his , vt asseramus . His de lege scripta prælibatis , vt pal-pemus peccata Israelitarum , ob quæ toties puniti , an-notamus concurrentes graues murmurationes eorum , 1. Murmurarunt contra Moysen & Aaronem ob dupli-cata per Pharaonem onera Exod. 5 ad primum allo-quium de liberatione a seruitute. 2. ad mare rubrum , dum habebant montes a sinistris arces munitas a dextris,

mare rubrum ante se , & Pharaonem cum exercitu  
 persequente post se c. 14, 11. Moyses quietauit mur-  
 mur vtrumque. 3. In Mara ob amaritudinem aquæ.  
 c. 15. 24. & Moyses sedauit murmur tollendo amari-  
 tudinem per immisionem ligni in aquam. 4. in deser-  
 to Sin ob defectum cibi pasta & provisione consumpta.  
 Eousque subcinericeis panibus ad 30 dies circiter vi-  
 xisse videntur. Deus igitur prouidet dando vespere co-  
 turnices in abundantia & mane Manna ad 40 annos  
 exceptis diebus Sabbathi sanctificandis per abstinenti-  
 am ab omni opere. 5. in Raphidim ob defectum aquæ  
 quem aquâ ex petra Horeb productâ Deus sedauit.  
 Dum Moyses ratione tabularum legis morabatur cum  
 Angelo Dei Ministro in monte ortum est sextum  
 murmur & conflatus vitulus ac commissa grauissima  
 Idolatria. 5. cætera murmura transierant ; sed hoc  
 gravissimè punitum dum Angelus e monte cum tabu-  
 lis dimisit Moysen , qui confregit tabulas & vitulum,  
 Leuitas accinxit gladijs, qui 23000 occiderunt, paruum  
 Tabernaculum , cui nubes incumbebat c castris extu-  
 lit ; interea saepius montem pro populo pœnitente re-  
 conciliando ascendit, tabulas nouas dolauit , cum ijs 40  
 diebus in monte mansit , legem scriptam reobtinuit &  
 reconciliationem perfectam , ac 10 die Thisri descen-  
 dit , festumque expiationis celebrauit cum populo.  
 Die 11 publicauit Moyses præcepta de Tabernaculo,  
 vnde 12 &c. diebus factæ oblationes a populò ad su-  
 perabundantiam , Tabernaculo & sanctuarijs conficien-  
 dis impensus residuus annus medius. die 1. anni secundi  
 Tabernaculum erectum instructum & dedicatum , ac  
 per 7 dies Aaron & filij a Moysè consecrantur. 8. die  
 Sacrificia omnus generis offeruntur. 16 die agnus Pa-  
 schalis procuratur 14 ad vesperam Pascha celebratur.

14 mensis 2. in Sinai id celebrant absentes antea , & impediti, Num. 10. Die 20. eleuante se nube seu An- gelo in columna profecti sunt e deserto Sinai,& 23 ve- niunt ad mansionem 13 in deserto Pharan. Hic mur- mur septimum ob laborem itineris, incensione punitum, & octauum defectu carnium; coturnices igitur obtinent & comedunt ibidem per mensem ; sed morte luunt, & ibidem obtinent sepulera concupiscentiæ suæ. Ad Haserot mansionem 14 dicit Angelus , vbi Aaron & Maria ob vxorem Moysis murmurant contra eum Num. 12. Aaroni Pontifici Deus parcit, sed Maria leprâ punitur , & a castris ad 8 dies excluditur. Dein mun- datur & admittitur ac cum castris migrat in Rethma circa Cadesbarne. Hinc patebat ingressus in Chana- næam per Idumæam, & Moyses vrgebat vt attentarent ingredi Dei auxilium promittens. Formidat populus & rogat præmitti exploratores in Chananæam , qui refe- rant statum terræ & habitatorum. c. 13. Deus dicit Moysi vt mittat 12 Exploratores. Ita fit. Ascendunt per Meridianam plagam explorando a deserto Zin totam tetricam trans Jordanem eundo , & reliquam intra Jord- nem redeundo, ac ascendendo iterum ad Meridiem, ve- neruntque in Hebron urbem antiquam, conditam 7 an- nis ante Tanis regiam Ægypti ciuitatem. Ex vineis cîr- ca torrentem occidentalem abscederunt palmitem cum vua sua , quem in ueste duo viri portarunt cum alijs fructibus optimis terræ , ac post 40 dies reversi sunt ad castra circa Cadesbarne ostendendo fructus terræ lacte & melle manantis. Tamen decem exploratores terram inaccesibilem dixerunt , dissuadentes ingressum ob in- colas fortissimos : Amalec in meridie, Hethæum Jebu- sœum & Amorrhæum in montanis, Chananæum iuxta mare & Jordanem. c. 14. Populus murmurat decimō

contra Moysen & Aaron, volens potius in Ægyptum reuerti, quam contra Chananeos pugnare: ita ut Caleb & Josue suadentes pugnam, et introitum Chananeæ pene lapidarentur. Hinc Deus **X. 11.** voluit omnes peste delere; sed Moyses deprecatur mortem & exauditur: sed morti in deserto adiudicantur murmurantes hac & 9 præcedentibus vicibus. Excipe de militibus Caleb & Josue, &c innocentis de Leuitis & populo. Vagantur igitur 37 annis per 17 mansiones, de quibus nil determinati narrat Moyses, nisi quod violator Sabbathi per collectionem lignorum in notabili quantitate vel notabili tempore iussus sit lapidari, & murmur vndeclimum acciderit. Auctor murmuris videtur Leuita Core pronepos Caath ægrè ferens se a Sacerdotio & insuper Principatu super Leuitas exclusum, assumpto ad hoc munus Elisaphan. Prætendebat Sacerdotium vel Principatum. Adiuncti Core erant 250. Dathan Abiron & Hon de tribu Ruben primogeniti Jacob ambiebant hoc titulo Principatum, vel saltem æqualitatem cum Moyse & Aaron. Moyses in terram adorans Deum permittit ut Core die altera cum 250 thuribulis veniat, & cum suis timiama offerat ex una parte, dum Aaron id faciet ab altera parte, exspectans, a Deo sedationem seditionis. Ita fit, & 250 thurificantes puniuntur incendio, & Core, Dathan, Abiron & Hon a terra absorbentur cum filiis omnique substantia c. 16. excipe filios Core innocentis c. 26. qui penduli manebant in aere donec terra deuorans alios clauderetur. Hi postea cum alijs Leuitis Tabernaculo & Templo fideliter seruierunt. Ex plaga hac resultauit Nouum murmur populi altera die. Imponebant Moysi & Aaroni c. 16. 41. *Vos interfecistis populum Domini.* Et ecce mox igne puniuntur 14700. Aa-

ron mandante Moysē cum thuribulo suo procedens inter viuos & mortuos obtinet cessationem plagæ. c. 17. miraculo nouo confirmatur Sacerdotium Aaronicum, dum Moyses Dei iussu petit 12 virgas, ab unaquaque Tribu vnam, easque cum virga Aaronis posuit in Tabernaculo coram Arca. Hæc sola virga produxit folia flores & fructus stabiles, cum quibus reposita est in Arca, vt cessaret murmur, & querelæ contra sacerdotium Aaronicum in posterum.

C. 20. Elapsis 37 annis peregrinationis e Cades-barne, mense primo anni 40 venit populus in desertum Zin seu Cades, vbi mortua Maria soror Moysis & sepulta. Luctus eius durauit 30 diebus. ob defectum aquæ hic murmurat populus, & Moyses Deum precatur vt succurrat. Deus dicit: *Loquimini ad petram coram eis & illa dabit aquas.* Moyses & Aaron populo irati dicunt *v. 10.* *Audite rebelles & increduli: num de Petra hac vobis aquam poterimus ejcere?* Evidem percutit Moyses bis virgâ Petram, & egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta. Quia Moyses & Aaron non crediderunt satis Deo, ingressus terræ promissæ negatur eis. Interea e Cades mittit Moyses nuntios ad Regem Edom pro transitu per Idumæam; qui recusat & occurrit cum infinita multitudine & manu forti. Hinc Castra divertunt ab eo, & veniunt ad montem Hor in finibus terræ Edom. In hoc monte Aaron moritur Deo mandante & Eleasarus, filius succedit ei in Pontificatu. *Deut. 10. 6* vocatur Mosera, & Cades Beroth, filiorum Jacan. Locahæc binomia vti alia plura. c. 21. Chananæus Rex Arad audiens Hebræos venire per viam exploratorum, pugnauit contra eos in deserto Zin, & prima vice victor duxit ex eo prædam. Dein victus medio voto, & destruxæ

structæ vrbes eius. proficiscentibus de monte Hor, per viam maris rubri, vt circuirent terram Edom aliquot diebus subiit tedium itineris & murmur, veniunt ad mansionem 36 Phunon, & Deus immisit ignitos serpentes & interficientes morsu. Populus pænitens clamauit ad Dominum, & Moysen vt oraret pro eis. Deus mandat erigi serpentem æneum in signum, quem fiducialiter aspicientes sanati sunt. pergunt in Oboth: Jeabarim in solitudine quæ respicit Moab ad orientem: Dibongad circa torrentem Zared se exonerantem in mare mortuum. Deut. 2. 14. Tempus quo ambulauimus de Cadesbarne in Zared 38 annorum fuit, donec consumetur omnis generatio bellatorum. Intellige a 20 annis & supra. Supererant igitur multi Sacerdotes, Leuitæ, Ministri & promiscuus populus. Transito torrente Zared venerunt in Helmon de Blataim. Hinc missi nuntij ad Moabitæ, vt occurrerent cum pane & aqua Deut. 23. Qui non fecerunt, idéoqué Ecclesiæ Hebræorum in æternum exclusi sunt: hoc est ab officijs publicis. Poterant tamen fieri Proseliti. Vel hinc patet Hebræos non vixisse ex solo Manna. Venientes ad torrentem Arnon ultra eum sicco pede miraculosé transitum castrametatati sunt vndique vsque ad montes Abarim, & ultra Arnon in deserto Cademoth. Hinc Moyses misit nuntios ad Sehon Regem Amorrhæorum petens transitum; sed Sehon negat, & cum exercitu obuiam venit vsque Jasa. Hunc percusserunt Hebrei, & obtinuerunt terram eius ab Arnon vsque Jeboc. Perrexerunt ulterius contra regnum Basan, & Og cum exercitu occurrit eis ex Astaroth in Edrai; sed cum suis percutitur ad internectionem, & Israel possedit omnem terram eius: 60 vrbes muratas, absque oppidis innumeris sine muris: Omnem regionem Argob ad montem Hermon

mon, & vniuersam terram Galaad vsque ad Selcha, vide mappam Adrichomij vel Tirini, ad oculum monstrantem Chananæam, Moab, Ammon, desertum & partem Ægypti, ibidem habes diuisionem terræ cis & trans Jordanem cum ciuitatibus Leuiticis & Refugij. Quia verô notitia Mapparum Harum a Geographiæ principijs dependet, hic notandum; quod Gergraphi computent longitudinem terræ ab occidente in Orientemponendo 1 gradum longitudinis in principio Libræ. 91 in principio Capricorni: 181 in principio Arietis: 271 in principio Cancri: 360 in fine virginis. Latitudo terræ vbique correspondet eleuationi poli, seu distantiae ab Æquinoctiali. Sint igitur ostia Nili in Ægypto ad gradum 70 longitudis & ciuitas Elath ad gradum 71 ad meridiem Mappæ, ad septentrionem littus maris rubri ad gradum 71 & Siria Soba ad gradum 72. Latitudo ab ostijs Nili sit 31 graduum & 30 minutorum: mons Sinai 32 graduum: Hebron 33: Montes Gelboe 34: terminus Mappæ & Syriae Libanicæ 35 graduum latitudinis, ex his facile disces quem gradum longitudinis aut latitudinis, quodue minutum ultra gradum habeat Provincia vel ciuitas. Superatis per Hebræos regibus Amorrhæorum & Basan, intactis Idumæis, Moabitis & Ammonitis, quia ita Deus pro tunc Mandauerat, Num. c. 22 castrametati sunt in campestribus Moab. Balach Rex Moab timens sibi, vocavit Balaam famosum Ariolum ex Aram Mesopotamiæ, vt malediceret Hebræis. Auarus Balaam alleatus muneribus, esto a Deo prohibitus, secundò citatus conatur Regi Balachi satissimacere eo pergendo & Deus permittit. In via circa rupes & torrentem Arnon Angelus occurrit in via angusta iter Balaam retardans, donec loqueretur asina percussa. Permittit Angelus vt perget, sed caueat ne faciat

contra præceptum Domini. Rex Balac occurrit & ducit Balaam ad urbem in extremis finibus Moab, ac occisis boibus & oviibus mittit munera. Mane facto ducit eum ad sanum Baal in monte excelso, ad meridiem urbis Cariathaim, & intuitus est inde extremam partem Castrorum Israel. c. 23 postulat Balaam 7 aras, vitulos & arietes, quos singulos offert in aris, & intendens maledicere Hebreis, eis præter mentem benedicit ꝑ. 9. populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur quis dinumerare possit puluerem Jacob, & nosse numerum stirpis eius? Balac indignatus ducit Balaam super verticem montis Phasga erectis 7 aris & victimis. Hinc secundo Hebreis benedicit, ꝑ. 21. Non est idolum in Jacob, nec videtur simulacrum in Israel Dominus Deus eius cum eo est, & clango virctoriae Regis in illo. Deus eduxit illum de Ægypto cuius fortitudo similis est Rhinocerotis, non est augurium in Jacob, nec diuinatio in Israel. Balac ducit Balaam super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem, erectis aris & victimis, ut supra oblatis. Hinc Balaam copiosissime benedicit Hebreis c. 34. 5. Quam pulchra tabernacula tua Jacob & tentoria tua Israel ꝑ. 9. qui benedixit tibi erit & ipse benedictus: qui maledixerit in maledictione reputabitur. ꝑ. 17. Orietur stella ex Jacob, & consurget virga de Israel, & percutiet Duces Moab, vastabitque omnes filios Seth. Et erit Idumæa possessio eius: hæreditas Seir cedet inimicis suis, Israel vero fortiter aget. De Jacob erit, qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Ad Amalec ꝑ. 20 principium gentium Amalec, cuius extrema perdentur. Id impletum in Agag sub Saule, & Aman sub Assuero. Ad Sinaeum ꝑ. 21 robustum quidem est habitaculum tuum, Sed si in Pe-

tra posueris nidum tuum , & fueris electus de stirpe  
 Cin , quam diu poteris permanere ? Assur enim capiet  
 te : seu Nabuchodonosor iunior. Tandem x. 24 ve-  
 nient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios , vasta-  
 buntque Hebræos , & ad extremum etiam ipsi peri-  
 bunt: nempe Assyrij per Persas : Persæ per Græcos sig-  
 nanter Alexandrum Magnum, & Græci per Romanos.  
 Balaam discessurus dat consilium pessimum Regi Balac,  
 vt seducat Hebræos per mulieres , & manet in Madian,  
 vt dirigat negotium. Balac c. 25 mittit ad viciniam  
 castrorum formosas mulieres , invitando per has He-  
 bræos ad Solemnia Idolorum conuiuia, & fornicationes  
 promiscuas cultumque Beelphegor : Hinc 24000 par-  
 tim a Deo occiduntur , partim a Moysè & Principi-  
 bus Zelosis clara die suspenduntur. Placat punientem  
 Deum Phinees Eleasari filius, occidendo Zambri Prin-  
 cipem de Tribu Simeon , cum Cozbi filia Principis  
 Madian fornicantes. Hinc Sacerdotium ei confirmatur  
 in perpetuum c. 31 iussu Dei pergunt ex omni Tribu  
 1000 contra Madianitas & occidunt omnes viros pa-  
 ruulos et fæminas corruptas : ac 5 Reges Madian cum  
 Balaam Ariolo. Solæ virgines referuatae. Nullus He-  
 bræorum cecidit : hinc omne aurum pondo 16000 &  
 750 siclos Deo obtulerunt in gratiarum actionem , re-  
 liquam prædam in duas partes diuiserunt. Vna Media  
 pro militibus qui pugnarunt, altera pro reliquo exerci-  
 tu. Ex Media parte pugnatorum Domino seu Eleazaro  
 Sacerdoti dare debebant vnam animam de 500. Ex al-  
 tera Media parte debebant Leuitis dare vnam animam  
 de 50. præda ouium 675000 : boum 72000 : asin-  
 orum 61000 : virginum 32000. Medietas : oves  
 337050, boues 36000, asini 30500, virgines 16000,  
 pars quingentesima pro Sacerdotibus : oves 675, bo-

ues 72 Asini 61, virgines 32. Pars quinquagesima pro Leuitis. oves 6741, boues 720, asini 610, virgines 320. His diuisionibus factis Tribus Ruben & Gad habentes tam pecora quam iumenta multa c, 32 petierunt sibi diuidi pro vxoribus & pecoribus terram promissam iam obtentam trans Jordanem. Tribus Ruben iustis conditionibus obtinet terram Meridionalem trans Jordanem a deserto peregrinationis ad Esebon inclusiuè; Tribus Gad, inde ad torrentem Jeboc : Dimidia Tribus Manasse reliqua ad septentrionem. c. 34 statuuntur termini terræ diuidendæ : a Meridie desertum Zin, Idumæa & torrens Ægypti, ab occidente mare mediterraneum, a septentrione Siria & ab oriente terra Moab & Amnion exclusiuè: diuifores terræ post Jordanis transitum, præter Eleazarum Pontificem & Josue filium Nun, Principes 10 Tribuum. c. 26, Hebrei Chananæam ingressuri numerantur a 20 annis & supra. de Ruben 43730. De Simeon 22200. De Gad 40500. De Iuda 76500. De Isachar 64300. De Zabulon 60500. De Manasse 52700. De Ephraim 32500. De Beniamin 45600, De Dan 64400. De Aser 53400. De Neptali 45490. Summa totalis 601730. Præter hos de tribu Leui ab uno mense & supra 23000 generis masculini, & uxores ac pueri 20 annis minores. His diuidenda erat terra promissa. c. 27 filiæ Salphaat tri nepotis Joseph carentes fratribus veniunt ad Moysen petentes nominem Patris in deserto mortui hæreditatem in terra promissa. ¶ 5 Dominus dixit ad Moysen: iustum rem petunt filiæ Salphaat, da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hæreditatem succedant. Hinc lex iudicalis ¶ 8 homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transbit hæreditas. Si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos, vel patruos

truos vel proximos confanguineos alios. Filiae Salphaat c. 36 nubunt 5 filijs patrui sui data lege 7, 7 omnes viri ducent uxores de Tribu & cognatione sua, & cunctæ fæminæ de eadem Tribu maritos accipient, ut hæreditas permaneat in familijs nec sibi misceantur Tribus. His peractis Moyses Dei ordinatione breui moriturus concionatorem zelosum egit ad populum, inculcando tam viua voce quam scripto Deuteronomio observantiam Legis Dei in campestribus Moab coram tunc viuentibus. *Legit.* 29 promissæ 28 benedictiones obedientibus Legi. *Deut.* 28 totidem & maiores Moyses moriturus ex parte Dei promittit: sed maledictiones plures comminatur inobedientibus. Hinc Moyses vrget, vt fædus de servanda lege cum Deo renouent c. 29 præcunctis præsentibus & absentibus. Transgressoribus verò veré pœnitentibus, c. 30 promittit Deum propitiū & placabilem. c. 31 annorum 120 substituit sibi Josue in Ducem populi eumque animat ut mox a morte sua Jordanem cum populo transeat: Deuteronomium in Arcæ latere collocari iubet, & populum contestatur 7. 29 noui quod post mortem meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via quam præcepi vobis: & occurrit vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, ut irritetis eum. Igitur c. 32. Finale Canticum componit *Audite cœli quæ loquar &c.* c. 33 benedicit Tribubus Israël specialiter Tribu Simeon omissa, & moriturus ascendit montem Abarim seu Nebo & verticem Phasga, Conspicit inde & contemplatur Chananæam, ac Deo volente sancte moritur, & ab angelo in valle sepelitur, occultato eius sepulcro. Luctus super eo in campestribus Moab continuatus est 30 diebus, seu toto mense duodecimo Adar, mors igitur Moysis incidit initio.

Ducatus Josue,  
Synopsis Ducatus Josue, & Historia  
28 annorum.

Josue de Tribu Ephraim loco Moysis mortui a Deo constitutus Dux populi Israel c. 1. a Deo confortatus, confortat Principes 12 Tribuum, vt secum securè transeant Jordanem die 3. signanter monet Tribus Ruben Gad & Medium Manasse vt iuxta paetum parent se ad præcedendum & introducendum reliquas Tribus in Chananæam armata manu. omnes promptam obedientiam spondent. Præmiserat Josue sub luctu Moysis mortui exploratores in Chananæam, & in Jericho potissimum. His reuersis sub finem Luctus & renuntiantibus tremorem Chananæorum, ac præ cæteris Jerichuntinorum, vti c. 2. didicerant ex Rahab Hospita sua, cui cum familiâ securitatem, dato signo funiculi, quo per fenestram domus dimissi fuerant: Præparat Josue cum populo omnia necessaria ad transitum Jordani. Die 7 Nisan anni 41 ab exitu de Ægypto Josue c. 3. de nocte consurgens mouit castra versus Jordanem, vbi manserunt 3 dies. Tum mandauit Josue, vt omnes ordine sequerentur Sacerdotes Arcam Domini portantes, relicto spatio medio 2000 cubitorum, quod iter sabbathi. Jordanis tempore messis hordeaceæ aluum impleuerat: sed Sacerdotibus cum Arca aquas tangentibus, aquæ superiores versus mare Galileæ, instar muri steterunt inferiores in mare mortuum descendentes, relicto siccо Jordanis alueo pro Hebræis transitus. Arca cum Sacerdotibus assistente Josue & Eleasar manet in medio Jordanis, donec omnes transissent præcedentibus Rubenitis Gadditis & Media Tribu Manasse. Sub transitu 12 viris de singulis Tribubus electis. c. 4. Mandat Josue, vt e medio Jordane ante Arcam, singuli tollant lapidem unum, eum collocaturi ad lit-

tus occidentale Jordanis, eo loco vbi essent castrameta-  
turi. Ita fit. Et Josue erigit 12 alios lapides in medio  
Jordanis alveo circa Arcam in memoriam. His expe-  
ditis Arcam portantes Sacerdotes Jordanem transeunt,  
& aquæ fluere incipiunt more solito. In Galgalis castra-  
metatis 10 Nisan præcipit Deus, ut cultris lapideis cir-  
cumcidetur secunda iam vice: quia primò eorum  
parentes in Ægypto circumcisi erant ante 40 annos.  
Igitur præparatur agnus Paschalis. Die 11 fit circum-  
cisio Mæsculorum c. 5 sanati 14 ad vesperam celebrant  
Phæse, & cessante Manna comedere incipiunt de fructi-  
bus terræ. Die 15 erat Josue in agro vrbis Jericho, quo  
præmiserat 40000 pugnatorum de Ruben Gad & Media  
Tribu Manasse, & appareret ei Angelus Dux belli, vii  
itineris fuerat, docens obtinendam Jericho c. 6: circum-  
eundo eam quoti die semel præcedente Arca, &  
septima die septies, sacerdotibus præcedentibus Arcam  
cum 7 tubis, quarum usus futurus erat in Jubilæo. Or-  
do processionis huius erat: præibant bellatores arma-  
ti: 7 Sacerdotes cum 7 tubis: sacerdotes portantes  
Arcam, & sequebatur populus. Vespere Arca refere-  
batur ad castra. Septimo die post septimum Circuitum  
clangentibus tubis & ad signum Josue omnibus voci-  
ferantibus, muri circumcirca corruerunt, & Hebræi  
ingressi omnes occiderunt & combusserunt, exceptâ  
Raab & omnibus, qui domi eius erant, qui ante com-  
bustionem educti ciuitate, & extra castra manere iussi,  
donec fierent Proselithi. Aurum verò & argentum, æs  
& ferrum in ærarium Domini consecrarunt. Reliqua  
igne demolita, præter furata ab Achan. Hic c. 7 fate-  
tur se furatum pallium coccineum valde bonum, 200  
siclos argenti regulamque auream 50 siclorum. Hæc  
occulta propalauit Deus: nam Josue misit exploratores

Haij, qui renuntiarunt urbem per 3000 posse intercipi. Hi missi terga verterunt & fugati sunt. Josue deprecans Deum dicit **x.** 11 peccauit Israel, furati sunt atque mentiti & absconderunt. Sorte deprehenditur Achán & pœnitens lapidatur ac comburitur cum familia tota & ipso tabernaculo suo ac re furtiuā. Filij et filiæ complices furti merito puniti ad æternam salutem. Resumitur c. 7 obsidio Haij & expugnatur, Arca Domini manente in Galgalis, expugnatoribusque post expugnationem eo reuersis. Hic permisit Deus: prædam & omnia animantia diripietis vobis. Hanc diuiserunt sibi filij Israel perrexit Iosue versus septemtrionem ad montes Garisim & Hebal cum Arca obseruaturus Cæremorias *Deut.* 27 præscriptas sub primum terræ promissæ ingressum Jordane transito. vt fædus de lege seruanda cum Deo renouaretur. Sex tribus nobiliores Simeon Leui Iuda Ischar Joseph & Beniamin stabant a dextris in monte Garisim & vicinia: sex reliquæ Ruben Aser Dan Neptali Gad & Zabulon asinistris in monte Hebal: Sacerdotes cum Arca erant in valle Media. Si his iungere lubeat Leuitas omnes, pone in Garizim pro Joseph, Ephraim & Manasse. Versus Garisim Sacerdotes proclamabant benedictiones populo acclamante, amen. Versus Hebal maledictiones populo respondentे: amen. Deuternomij præcepta erant lapidibus calcē leuigatis inscripta, & in altari super monte Hebal offerebantur holocausta & hostiæ pacificæ. Reuertuntur Castra in Galgala. Reges vicini citò didicerunt vastationem Jericho & Haij Regibus suspensis. Rex Gabaon & Gabaonitæ simulatione longi itineris pacem & protectionem postulant a Josue & Principibus populi existentibus in Galgala, & obtinent interposito iuramento c. 9 astutiâ detectâ agnoscuntur vicini

cini post tres dies : vnde murmur populi timentis sibi. Josue increpat eos super fraude , & tandem ob Religionem Juramenti eos vitâ donat , damnatque in perpetuum , vt cedant ligna aquasque apportent ad holocausta & usum populi : acceptata conditione confederantur Hebræis , fiuntque Proseliti. Ob hæc Rex Jerusalem, Hebron, Eglon, Erimoth & Lachis offensi vicini Gabaonitis eos obsident. Josue vocatus in auxilium c. 10 obsidionem soluit, obsidentes sternit, solem integro die fistit, & ultrâ 5 obfores, alios Reges succurrentes profligat : Macea , Lebna , Dabir , Gazer, Asedoth omnesque Reges , aliosque ad meridiem uno impetu subegit. His prima æstate feliciter confectis, ea labente reuersus est in Galgala. Interea Jabin Rex Asor confederat c. 11 sibi 24 Reges contra Josue, quos omnes sequenti anno Josue superat & c. 12 conficiens reliquijs urbibusque superandis facile tres annos impendit. Tandem in Galgala inchoauit terræ promissæ iam ex magna parte obtentæ diuisionem iubente Deo c. 13. Caleb petijt Hebron ex promisso diuino in possessionem hæreditariam sibi debitam Num. 14. 24. & obtinuit c. 14. Tribui Juda assignata sua portio c. 19. & Othonieli datur in vxorem Axa filia Caleb ob expugnatam Cariath Sepher , seu Dabir. Jebusæum vero Tribus Juda delere non potuit , sed habitauit cum filiis Juda usque ad Dauid Regem. c. 18 transeunt Castæ in Silo, ubi 7 tribus accipiunt sortes suas. Cum tabulæ Christiani Adrichomy clarissimè delinient sortes 12 Tribuum cum urbibus & villis , hæ inspiciendæ, nota tamen quod in sorte Ephraim Chananeus habitans in Gaser manserit Tributarius, ex indulgentia. Similiter in alijs Tribubus , Tribu Juda exceptâ. In hoc graviter peccauerunt, Josue ultimo loco prouidet sibi c. 19

& postulat locum vilissimum Thamnat Saraa in monte Ephraim ordinans ibidem suum sepulcrum. Pro homicidis involuntarijs Num. 35 ordinantur & hic c. 20 nominantur 6 ciuitates refugiorum : trans Jordanem, Bosor in Tribu Ruben, Ramoth Galaad in Tribu Gad, Gaulon in Media Manasse : intra Jordanem Hebron in Tribu Juda, Sichem in Tribu Ephraim, Cedes in Tribu Neptalem. Leuitis c. 21 assignat Josue 48 ciuitates cum suburbanis, quoad Dominium vtile, dominio directo manente penes singulas Tribus, quae habebant omnia Regalia. Ex his filij & nepotes Aaronis obtinuerunt 13 ciuitates in Juda Simeon & Benjamin : Caathitæ reliqui 10 in Dan Ephraim & Manasse intra Jordanem : Gersonitæ 13 in Isachar Aser Neptali, & Media Manasse trans Jordanem : Meraritæ 12 in Zabulon Gad & Ruben, Pontifex cum aliquibus Sacerdotibus & Leuitis alijsque Ministris semper erat apud Tabernaculum. Diuisione terræ promissæ facta & ratificatione c. 22 remittuntur prædiuersâ prædâ ad suas possessiones trans Jordanem Tribus Ruben Gad & media Manasse, qui erigunt ab ripam Jordanis intra Jordarem altare testimonij, quod maneant eiusdem Religionis, non autem Sacrificij. hoc facto Jordarem transfeunt & pacifice inhabitant terras suas sub Josue ex hoc saltem tempore incepit obligatio seruandi omnia præcepta legis Mosaicæ etiam Judicialia & Cæremonialia. Josue celebrauit primum annum Sabbathicum saltem 14 anno a transitu Jordanis : secundum anno 21 : tertium anno 28. quo mortuus est Jubilæum annum seruaturus in sinu Abrahæ seu Limbo SS. Patrum. præuiè c. 23 & 24 monet populum ad observantiam legis, & societatem cum alienigenis vitandam adhortatur & obtestatur, & iterato promittit populus : seruimus Domi-

Domino. Seruivitque Israel Dominus 28 annis ducatus  
Josue & 10 annis sub Seniorum regimine post Josue.  
Cum nulla de posteris Josue mentio, videtur mansisse  
celebs & virgo. Mortuus est expleto anno vitæ 110  
sepultus prope Thamnatsara. Per Seniores intelligere  
possimus Sanedrim 70 Seniorum Num. 11. 16. insti-  
tutum. Hi nouerant omnia mirabilia Domini, quæ se-  
cerat in Israel, horumquæ reïnculcatione continébant  
Hebræos in obedientia.

*Confortare, Raab, fundum. L apides duo. Cultri,  
Vrbs Jericho. Achan. Haij. Gabaon. Sol. Regnaque  
Reges.*

*Divisit. Caleb. Iuda. Epbraim. Atque Manasse.  
Beniamen. Sex. Vrbes. Leui. Redeunt, Monet.  
& mors.*

Carmina hæc per 24 verba inter puncta denotant  
24 capita libri Josue, & materiam aliquam primariam  
capitis.

*Synopsis Historica servitutum, Liberorum  
& Judicum.*

Cum mortuis Josue & Senioribus de Consilio Sane-  
drim a Moysè constitutis alij nati essent *Jud.* 2. 10 qui  
non nouerant Dominum, & opera quæ fecerat cum Is-  
rael; fecerunt filii Israel malum in conspectu Domini.  
Chananæos bello superatos occidere debebant. Ex au-  
ritia fecerunt diuictos Tributarios. Pededentim inierunt  
cum ijs societas contractus & coniugia, sicque seducti  
sunt ad Idololatriam & alia peccata: Eo tempore *Jud.*  
17 occasionem Idololatriæ in Israel dedit Mater Michæ  
filio suo conflando domesticum sculptile seu conflatile.  
Huic ædiculam seu facellum Michas separauit, & fecit  
Ephod primogenito suo quem fecit auctoritate sua Sa-  
cerdotem. Leuita verus e ciuitate Bethleem e cognatione

Michæ, venit in Ephraim , vt inveniret vnde viueret, quia proventus Leuitici non præstabantur. Huic dixit Michas. Mane apud me, & esto mihi parens ac Sacerdos. Acquieuit Leuita & mansit. Et Michas dixit nunc scio quod benefaciēt mihi Deus habenti Leuitici generi Sacerdotem. Mansit Michas igitur cultor Dei, sed sculptile insuper coluit. Nil mirum, nam non erat dux nec Jædex eo tempore in Israel, sed vnuſquisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat. Igitur Michas habuit sculptile ad consultandum Deum pro agendis & futurorum prænotione.

Tribus Dan sub Josue obtinuerat sortem minimam circa Philisthæos, a quibus magis coarctabatur. Igitur consilium ineunt pro amplianda Sorte sua. & mittunt 5 viros fortissimos stirpis suæ de Saraa & Eſhaol, qui absque præiudicio aliarum tribuum quærerent terram per Danitas expugnandam. Hi viri diuerterunt in itinere ad Micham, & per Leuitam eius Dominum consuluerunt. Hic respondit : ite in pace, Dominus respicit viam vestram & iter quo pergitis. Pergentes venerunt ultra tribum Neptalim, circa confluentiam Jor & Dan, ac invenerunt Ciuitatem Lais seu Lefen , facile expugnabilem, quod citò renuntiarunt Contribulibus suis. Pergunt c. 18 sexcenti viri accincti armis bellicis per Cariathiarim in montem Ephraim , & 5 viri narrarunt ibi esse sculptile cum Ephod, Teraphim & Sacerdote , qui intrantes sustulerunt, & Leuitæ consuluerunt , vt seque retur eos. hic acquieuit & iuit cum eis familiâ Michæ id ignorantē. Michas eos infecutus ad recuperandum, sed frustra quia Danitæ fortiores erant. Perrexerunt obfederunt, expugnarunt & incenderunt ciuitatem Lais. Hanc restaurarunt & inhabitarunt , vocantes eam nomine Patris sui Dan. Ibi posuerunt sculptile & Leuitam

tam Jonathan filium Gersam filij Moysi sacerdotem ei præfecerunt & filios eius. Ita transiit idolatria & inobedientia de familia Michæ in Tribum Dan septentrionalem , & mansit ibi vsque ad captiuitatem. Tribus Beniamin circa hæc tempora etiam exorbitauit. c. 19. Leuita habitabat in latere montis Epraim , Habens vxorem vel concubinam de Bethleem Juda , est et alia Bethleem in Zabulon. Hæc reliquit virum , & reuersa est in domum Patris sui mansitque apud eum 4 mensibus. Tum Leuites eam secutus est ad bono modo reducendum. Bene receptus ac 4 diebus detentus a Socero suo, quinto tantum die reuertitur,& sat serô intravit Gabaa Beniamin , vbi nullus eum voluit hospitio recipere , sed mansit in platea ciuitatis, donec senex de agro veniens eum secum duxit. Illis epulantibus, viri ciuitatis vallarunt domum, intendentes vt in Sodomis apud Loth. Senex obtulit ad libidinem eorum filiam suam virginem & Leuitæ concubinam, dummodo abstinerent a peccato Sodomitico. Leuita tradidit concubinam suam illis , qua tota nocte ad mortem abusi sunt. Leuita cadauer vxoris imposuit asino & perrexit in domum suam , ac diuisit cadauer in 12 partes, mittens singulas in 12 Tribus Israel. Congregatus igitur c. 20 vuiuersus Israel in Maspera ad 400000 peditum, coram Domino concluserunt pariter : non recedemus in Tabernacula nostra , nec suam quisquam intrabit domum, donec reddamus Beniamin pro scelere , quod meretur. Ac primò a Domino in Silo petierunt ducem exercitus & Dominus nominauit Tribum Juda. Tum petierunt a Tribu Beniamin tradi criminatos qui noluerunt tradere, sed conuenerunt 22700 in Prælium , & prima quidem vice profligarunt 22000 , & secundâ 18000. Tertia vice Tribus Beniamin deuicta , & pene

deleta est, præter 600 viros, qui fugerunt & sederunt  
in petra Remmon 4 mensibus. Interea in Silo Israelitæ  
obtulerunt Sacrificia c. 21. Inquisierunt in absentes,  
& defuerant viri Jabs Galaad. c. 20. 8 populus Israel  
vñanimis quasi vir vñus vouerat: non reuertemur do-  
nec reddamus Beniamin pro scelere quod meruit: c.  
21.5 graui iuramento se constrainxerant interfici eos,  
qui defuissent. ¶ 18 dixerant: Maledictus qui de-  
derit de filiabus suis vxorem Beniamin. igitur 10000  
virorum robustorum de Israel missi, sunt ad interficien-  
dos habitatores Jabs Galaad, virgines reseruaturi pro  
Beniamin, & reservarunt 400 virgines pro viris Ben-  
iamin in petra Remmon qui acceperunt eas, necessitate  
a lege excufante, cum non superesset fœmina de Benia-  
min; sed omnes cecidissent. Pro 200 residuis permi-  
serunt, vt solemnitate Tabernaculorum instantे in Silo  
vbi Tabernaculum celebrandà, viri Beniamin latitantes  
in herbis virentibus furarentur 200 virgines de Silo in  
vxores. sic factum, & restaurari cæpta Tribus Beniamin,  
quæ paulatim augmentata sub protectione Tribus Juda.  
vexatione dante intellectum huic Tribui, aliæ Tribus  
peccant. Iratus contrá Israel Dominus c. 3. 8 tradidit  
eos in manus Chusan Rasathaim Regis Syriae & Meso-  
potamiæ, servieruntque ei 8 annis: tum veré pœnitentes  
clamauerunt ad Dominum, qui dedit eis Othoniel filium  
Cenez fratrem Caleb minorem in Liberatorem & Ju-  
dicem. Si omnes Seniores mortui, vt supra, hic O-  
thoniel, & a pari Boos, poterunt dici filij priorum. Hic  
egressus ad prælium profligauit Chusan. & post victo-  
riam quieuit terra & populus 40 annis, dum morieba-  
tur Othoniel. Hoc mortuo iterarunt peccata, & con-  
tinuarunt ac offenderunt Regem Moab. Hic confæde-  
ratis Ammonitis & Amalecitis percussit Israel, & obti-  
nuit

nuit Jericho, ibi aulam Regiam figendo. Filii Israel servierunt Eglon Regi Moab 18 annis. Post hos pænitentes clamauerunt ad Dominum qui dedit eis Aod de tribu Beniamin liberatorem & Judicem. Hic deferens Regitributum & munera, & fingens se habere verbum Dei secretum ad eum, occidit illum, & exiens per posticum clausit cænaculum, & congregauit Hebræos, præoccupauitque vada Jordanis, ne Moabitæ fugere possent, & percussit robustos & fortes de Moab 10000. ¶ 30 humiliatusque est Moab in die illa sub manu Israël: quieuitque Israël post hanc victoriam 80 annis. Post Aod fuit Judex & defensor Samgar filius Anath, qui ex irruentibus Philisthæis occidit 600 uomere. Iterum Apostatant a Deo Israelitæ, & Deus tradit eos in Manus Jabin Regis Chanaan, qui regnabat in Asor, 20 annis. Jabin per Sifaram ducem militiæ suæ c. 4. Vehementer opprescit Israëlem, 900 enim habebat falcatos currus. Debbora Prophetissa mittit ad Barac in Cedes Neptalim, ut congreget 10000 milites ex Neptali & Zabulon promittens victoriam contra Sifaram ad torrentem Cison. Ambo cum collecto milite pergunt ad montem Thabor. Deus perterret exercitum Sifarae, qui totus profligatur, & Sifara de curru defiliens ac pedibus fugiens, venit ad Tabernaculum Haber Cinæi, ubi a Jahel vxore Haber absconditur, lacte poto soporatur & occiditur. ¶ 23 humiliavit Deus in die illo Jabin Regem Chanaan coram filijs Israel, qui crescebant quotidie & forti manu opprimebant Jabin, donec delerent eum. Post victoriam quieuit terra 40 annis c. 5. 32. Iterato idololatravit & c. 6. Traduntur in manu Madian 7 annis & oppressi sunt valde ab eis, ita ut Madianitæ Amalecitæ & ceteri Orientales cuncta vastarent usque ad introitum Gazæ, nihilque omnino

ad vietum pertinens relinquerent in Israel, non oves non asinos. In his afflictionibus clamauerunt ad Dominum, qui misit Prophetam exprobrantem eis peccata & inobedientiam. Dum pergunt orare & clamare Angelus apparet Gedeoni de Tribu Manasse purganti triticum in area & ait *v. 12* Dominus tecum virorum fortissime... Vade in hac fortitudine tua & liberabis Israël de manu Madian. Rogauit Gedeon, ut liceret afferre prandium & offerre apparenti sibi. Ita fit, & iussus omnia ponere supra petram. Hoc facto angelus summitate virgæ suæ tetigit omnia surgensque ignis de petra omnia consumpsit, angelusque euanuit, & Gedeon ibi altare erexit, in quo iussu Dei post destruētum noctu altare Baal & nemus, taurum saginatum 7 annorum, sicut durauerat servitus, super altari obtulit, extructo igne de lignis e nemore Baal succisis. Medianitæ Amalecitæ & Orientales congregantur ad 135000 & castrametantur transito Jordane in valle Israël. Spiritus Domini incitat Gedeonem, qui clangens buccinâ conuocauit domum Abieser, ut sequeretur semisitque nuntios in uniuersum Manasse, Neptalem, Aser & Zabulon, qui se iunxerunt ei. Tum petijt a Domino signum in vellere, & obtinuit nocte rorem in vellere solo. & vndique siccitatem: deinde in velle re siccitatem & in omni terra rorem c. 6: igitur c. 7 cum omni populo venit ad fontem Harad. Hic Dominus remitti iubet omnes formidolosos, recesseruntque 22000 remanentibus 1000 tantum. Hi probantur ad aquas a remanent tantum 300 ad ineundum prælium. Sumptis pro hoc numero cibarijs tubis lagenis & lampadibus ardentibz inclusis, ne ab hoste viderentur, Gedeon præxit cum Phara puero suo exploraturus castra Madian, & audit vnum referentem alteri somnium diuinatus

nitus immissum : videbatur subcinericius panis volui de monte et descendere in castra Madian, & subuertere Tabernaculum, soloque æquare. Socius respondit est gladius Gedeonis ; tradidit enim Dominus in manu eius Madian & castra eius. Tum diuisit 300 viros in tres partes circum castra Madian. Habebant in sinistra lagenas opacas cum inclusis lampadibus ardentibus : in dextra tubas. Gedeon incipientibus vigilijs noctis Mediae tubâ cecinit, lagenam fregit & lampadem ardente in manu tenuit. Idem fecere 300 reliqui clamantes simul : gladius Domini & Gedeonis, tubisque vndique personantes. Excitata mediâ nocte castra in valle dispersa, turbata sunt & confusa ac se mutuo interficiebant fugientes versus Jordanem. Gedeon præmisit viros Ephraim ad custodiam Jordanis. Ipse uti Manasse Aser Nephtalim insecuri sunt fugientes. Gedeon pressé sequens fugientes transit cum suis 300 Jordanem. Ephraimi intra Jordanem apprehendit Oreb & Zeb principes Madian, & persecuti sunt pariter, capita Oreb & Zeb afferentes ad Gedeon trans Jordanem. Hic laudat pacque viros Ephraimi, quod duos Reges Madian Oreb & Zeb interfecissent. Ipse victoriam prosequens petit lassatis 300 militibus suis a viris Socoth & Phanuel panes ; sed eridetur, Prostrata erant 120000 ; supererant 15000. & hos Gedeon subito aggressus stravit, fugientes Reges Sebee & Salmana capiendo, & postmodum occidendo, in reditu Seniores Phanuel & Socoth luerunt pñnam negati panis & erisionis. ¶ 28. humiliatus est autem Madian coram filiis Israëls nec potuerunt ultra cervices eleuare : sed quieuit terra per 40 annos quibus Gedeon præfuit. Post mortem autem eius coluerunt Baal, & percusserunt cum eo fædus, ut esset eis in Deum, & persecuti sunt filios Gedeon e. 9.

Abimelech filius Gedeon ex concubina Sichemitica ambitiosus erat. Obtulerant Tribus Israel Gedeoni victori: *Dominare tu nostri & filius tuus & filius filij tui,* Recusauit Gedeon dicens; *Dominabitur vobis Dominus.* obtinet Abimelech a Sichemitis principatum, & hoc obtento occidit 7 filios Gedeon super uno lapide, auxilio virorum inopum & vagorum quos conduxerat ex 70 pondo argenti, quod dederant ei Sichemitæ ex fano Baal berit, triennio Regis titulum usurpauit tyrannice regens. Joatham filius Junior Gedeonis, correptis e monte Garizim Sichemitis, & imprecatus eis bono zelo pœnam peccatorum, fugit & abiit in Bera, habitauitque ibi ob metum Abimelech. Hic Thebas obsidens a muliere e turri proiiciente fragmen Molæ, occisus est, &c. 10. surrexit electione Dux in Israel Thola filius Phua patrui Abimelech, & forte veterini fratris Gedeon vir de Isachar, qui habitauit in Samir montis Ephraim & iudicauit Israelem 23 annis. Sub huius initium ponenda.

*Historia Ruth.. c. 1.* In diebus vnius Judicis Thola, Elimelech Bethleemita consobrinus Booz, fame Chanaeum premente, cum vxore Noemi & 2 filijs Mahalon & Chelion iam adultis peregrinatus est in terra Moab, habitauitque in *Petra deserti*, Cum deessent ibi virginis Hebrææ, Chelion necessitate permittente duxit Orpham, & Mahalon Ruth Moabitides & Gentiles. Intra 10 annos Elimelech Mahalon & Chelion in Moab mortui sunt. Noemi cogitat redditum in Bethleem, auditio quod ibi cessasset sterilitas: & utraque Nurus Orpha & Ruth volunt comitari. In via Noemi conatur his redditum in Moab persuadere, erant enim adhuc Gentiles, vel inconstantes ad Religionem Hebraicam: unde probandæ sicut aspirantes ad statum Religiosum

giosum. Hæ Ruth 1. 9 eleuata voce flere cuperunt & dicere : tecum pergemus ad populum tuum. Dissuadet Noemi instantius ; vnde Orpha v. 14 osculata est Socrum suam & reuersa est. Ruth adhæsit Socrui suæ & dixit : *populus tuus populus meus & Deus tuus Deus meus*, sique constanter conuersa ad Religionem Hebraicam , tum profectæ ulterius simul venerunt in Bethleem, quando primum hordea metebantur circa Pascha. Booz vir potens c. 2 & magnarum opum habebat messores in agro. Ruth de licentia Socrus suæ egressa ad colligendas spicas , Deo volente venit in agrum Booz. Hic messoribus & ancillis ob diligentiam & modestiam singularēm , imo & ipsi Booz gratissima fuit. Veniebat ad agrum salutans messores : *Dominus Vobiscum*. Resp. *Benedicat tibi Dominus*. Et ad Ruth , quam multum laudarant messores dixit : audi filia, ne vadas in alterum agrum ad collendum , nec recedas ab hoc loco : sed iungere pueris meis , & ubi messuerint sequere. Mandavi enim pueris meis , vt nemo molestus tibi sit : sed etiam si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas de quibus & pueri bibunt .... quando hora vescendi fuerit, veni huc & comedere panem, & intinge buccellam tuam in acetō. Ita fecit & sedidit ad messorum latus & congesit polentam sibi, comeditque & saturata est & tulit reliquias : atque inde surrexit, vt spicas ex more colligeret. Præceperat præterea Booz pueris suis : etiamsi vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam : & de vestris quoque manipulis projcite de industria , & remanere permittite, vt absque rubore colligat. & colligentem nemo corripiat. Memor erat Booz legis in favorem pauperum & advenarum , & opera misericordia fecit, vt misericordiam consequeretur. Ruth quæ collegerat virgâ cedens & excutiens inuenit quasi tres mo-

dios. Iuncta est itaque pueris Booz, & tam diu cum eis messuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur. Excussionis & ventilationis tempore prudenter Noemi experta pium affectum Booz erga affinem suam Ruth, suasit huic c. 3. Ut honesto & modesto modo peteret sub ventilationis conuiuij finem nuptias Booz, tanquam propinquioris consanguinei ad suscitandum semen defuncto cognato suo Mahalon, Booz placuit substantia & stratagema; sed cum viueret propinquior, huic Ruth debebat, & hæreditas virtutanta quanta. Igitur c. 4 Booz obseruat ad portam ciuitatis propinquorem, & coram 10 Senioribus eum monet de vendenda a Noemi parte agri spectante ad Elimelech defunctum sub onere ducendi Ruth, & suscianti semen Mahalon defuncto. Recusat propinquior, & publice cedit juri se exalceando. Tum Booz emit partem agri & duxit Ruth vxorem possidendo omnia quæ fuerant Elimelech & Mahalon & Chelion, appræcati sunt autem omnes Booz & Ruth multa prospera dicentes: faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel & Liam, quæ ædificauerunt domum Israel: ut sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem, fiat quæ domus tua sicut domus Phares, quem Thamar peperit Judæ. Ruth ex Booz concepit, & feliciter peperit filium Obed, quem Noemi posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. Hic Obed genuit Isai seu Jesse Patrem Dauid. Habemus ex his Ruth contemporaneam Tholæ.

*Ju. 10. 3 Tholæ successit Jair Galaadites per 22 annos,  
& habebat hic 32 filios Principes 32 Ciuitatum , quæ  
ex nomine eius vocatæ sunt Havoth Jair in terra Ga-  
laad. Erant quidem sub Moyse ita vocatæ Num. 32. 4.  
Sed*

sed nota differentiam communem inter villas & oppida. Sub Moyse appellatae sunt *Hœoth Jair*, id est *Villæ Jair*. Hic autem dicitur : Hauoth Jair , id est , oppida Jair. Igitur vbi Jair prior nominauit & fecit villas ; ibi Jair posterior ampliando & muniendo fecit & nominauit oppida. Mortuus est Jair & sepultus in Camon. Deinde filij Israel peccatis veteribus iungentes noua, seruierunt Idolis Baalim & Astaroth : & dijs Syriæ ac Sydonis : *Moab Ammon & Philistijm*. Hinc a Deo traditi in manus Philistijm & filiorum Ammon: afflitti que sunt & vehementer oppressi per annos 18 : in tantum vt filij Ammon Jordane transmisso vastarent Judam , Benjamin & Ephraim. Et clamantes ad Dominum dixerunt : peccauimus tibi , quia dereliquimus, Dominum Deum nostrum, & seruiuimus Baalim. ¶ 14 ait eis Dominus : ite & inuocate Deos quos elegistis, ipsi vos liberent in tempore angustiæ. Dixeruntque filij Israel : peccauimus , redde tu nobis quidquid tibi placet : tantum nunc libera nos. Quæ dicentes, omnia de finibus suis alienorum Deorum Idola proiecerunt, & servierunt Domino Deo. Filij Ammon conclamantes eo tempore , in Galaad fixere tentoria. Dixeruntque Principes Galaad : qui primus ex nobis contra filios Ammon cæperit dimicare, erit dux populi Galaad. Cum verò nullus sponte & vltro id faceret c. 11 perrexerunt Maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium suum Jephte de terra Tob, ad quam fugerat expulsus a fratribus suis, tanquam filius Meretricis. Promisso principatu sub iuramento Jephte consentit & comittatur : fecitque eum omnis populus Principem sui. Tum recurrit ad Dominum in Maspha : eoque consulto petit per Nuntios a Rege Ammon , vt desistat a grauaminibus. Hic repetit totam terram trans Jordanem , dicens

eam iniusté a se ablatam ab Israel, dum reuerteretur de Ægypto. Jepthe satisfacit probando, quod prius Amorrhæi ab Ammonitis & Moabitis terram abstulissent: postea Israelitæ iusto bello ab Ammoræis negantibus iusté postulatum transitum, quodque exinde 300 annis pacificé possedissent, ne Balac quidem Rege Moab aucto terram repetere, aut vlo eius successore. Rege Ammon nolente acquiescere, factus est Spiritus Domini super Jephte & congregatis Bellatoribus vout Domino ¶. 30 si tradideris filios Ammon in manus meas, qui cumque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihiique occurrerit revertenti cum pace a filijs Ammon eum holocaustum offeram Domino. Pugnat Jephte contra Ammon & vincit capitque 20 ciuitates ab Aroer in Mennith. Victori occurrit prima vnigenita filia, quæ audito Patris voto, statim resignauit se postulato bimestri planctus, post quod fecit ei Jephte sicut voverat. Flij Ephraim c. 12 ægrè ferentes se non vocatos ad pugnam contra Ammon, invadunt Jephte volentes succendere domum eius, sed pugnantes viri Galaad contra Ephraim præualuerunt, præoccupaueruntque vada Jordanis, ne viri Ephraim eum transirent, qui accedentes nec valentes pronuntiare Scibboleth, quod interpretatur spica, jugulabantur. Ceciderunt eo tempore de Ephraim 42000. Jephte iudicauit Israel 6 annis & mortuus est. Post hunc Abesan de Bethleem iudicauit 7 annis: Ahialon Zabulonites 10 annis: & Abdon Pharatonites 8 annis: rursum c. 13 filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini, qui tradidit illos in manus Philistinorum 40 annis. Annuntiatur, nascitur & educatur Sampson, futurus liberator Israel de manu Philistinorum. Angelus præceperat matri caue ne bibas vinum ac siceram, nec immundum quidquam come-

comedas ; quia concipies , & paries filium, cuius non tanget caput nouacula : quidquid ex vinea nascitur non comedat, vinum & siceram non bibat, nullo vesca tur immundo. Manue attulit hoedum & libamina, posuitque super petram , quæ ignis cælestis absumpsit & Angelus disparuit. Cum Sampson adolesceret spiritus Domini erat cum eo in castris Dan inter Sarai & Etheso. Descendit autem in Thamnata c. 14 viditque ibi Philisthæam, quam adamauit, & a parentibus petijt, ut eam sibi procurarent. Hi suaserunt vt acciperet vxorem Hebræam, quia nesciebant quod res a Domi no fieret , & quæreret occasionem contra Philistijm, qui eo tempore adhuc dominabantur Israeli. Iterunt parentes cum ipso in Thamnata , & in via leonem occidit, ex cuius ore postea fauum mellis collegit, Sub nuptijs proposuit 30 sodalibus problema : de comedente exiuit cibus, & de fortí egressa est dulcedo. Mediantibus blanditijs vxoris , per eam problema soluerunt, & die 7, dixerunt: quid dulcius melle & quid fortius Leone ? Sampson descendit Ascalonem, & ibi percussit 30 viros , quorum ablatas vestes dedit eis qui problema soluerant, iratusque nimis ascendit in domum patris sui Manue. Postea dum tempus triticeæ messis instaret c. 15 venit Sampson ad vxorem suam, sed pater putans eam a Sampsone repudiatam , dederat eam vni de pronubis in vxorem. Proposuit tum Sampson facere Philisthæis mala, & cepit 300 vulpes, caudasque earum ligauit ad caudas , & faces ligauit in medio : quas igne succendens dimisit vulpes in Triticum vineas & oliueta, quæ omnia combusta sunt. Insuper percussit Philisthæos ingenti plaga , ita vt stupentes suram femori imponerent, Sampsone postea residente in spe lunca petræ Etam , Philisthæi invaserunt Judæam ad Samp-

Sampsonem capiendum. Itaque 3000 viri Juda venerunt ad Sampsonem, & consentientem ligauerunt nouis funibus, sicque Philistæis capiendum exposuerunt, At Sampson fractis funibus, sumptaque asini mandibulâ, occidit 1000 Philistæos, & sitiens e miraculo fonte de molari asini dente egrediente babit. Iudicauit Sampson Israel in diebus Philisthijm 20 annis. Abiit c. 16 in Gazam ad meretricem, & Philistæi obseruabant portas Gazæ, vt mane exeuntem occiderent. Sampson Media nocte euigilans & surgens, abstulit portam Gazæ cum postibus & serâ in montem contra Hebron. Post hæc adamauit Dalilam in valle Sorec, quæ a Philistæis conducta pretio, tandem didicit fortitudinem eius in crinibus residere, vnde eum rasit & crinibus & robore. Tum a Philistæis captus, oculis orbatus, in Gazam ductus captiuus & in carcere molere coactus. Principes Philistinorum convenientes in unum, vt gratias agerent Dagon Deo suo de tradito sibi Sampone, eum e carcere adduci iusserunt vt luderet coram eis. Erant autem ibi Principes & spectatores 3000. Sampson invocato Domino pro recuperanda fortitudine pristina, apprehendens ambas columnas domus, alteramque earum de xterâ & alteram leuâ tenens, ait: moriatur anima mea cum Philisthijm. Concussisque fortiter columnis, cecidit domus super omnes Principes & super vniuersam multitudinem. Cognatio eius tulit Cadauer eius, sepeliendum in sepulcro Manue Patris sui. Cum Sampone hinc inde contra Philistæos excurrente videtur iudicasse Heli in Silo loco stabili residens 1. Reg. 1. 9. Hic Annæ sterili in Silo eoram Tabernaculo oranti, bene precatus est. Anna exaudita concepit & peperit Samuelem: ac post ablactationem cum viro & filio in Silo ascendit, eumque

Domi-

Domino obtulit, qui a pueritia ministrauit coram Heli. Anna c. 2. *Canticum gratiarum actionis* cecinit, deinde alios 3 filios & 2 filias peperit. Porro filij Heli *v. 12.* filij Belial, retrahebant homines a Sacrificijs, vi aufe- rendo carnem Sacrificandam, antequam adoleretur Domino. Insuper *v. 22* dormiebant cum mulieribus, quæ observabant ad ostium Tabernaculi. Corripuit eos super his & alijs *Heli*; sed lenius, & sine fructu: vnde non audierunt vocem Patris sui: corripitur igitur *Heli* per virum Dei ad se missum *v. 27* & multa vaticinan- tem; signanter de *Ophni* & *Phinees*: *in die uno morien- tur ambo*. Puer *Samuel* accrescens quater de nocte a Do- mino vocatur, & tribus vicibus cucurrit ad *Heli*, pu- tans ab eo se vocatum c. 3. tum *Heli* instruens *Samue- lem* dixit: si adhuc voceris dices: *Ioquere Domine, quia andit seruus tuus*. Tum absoluté comminatus est Domi- nus *Heli*, quod iudicaturus esset domum eius in æter- num propter iniquitatem: eo quod nouerat indignè agere filios suos & non corripuerit eos satis efficaci- ter. Mane omnia *Samuel* reuelauit *Heli*, qui piè resigna- uit se dicens: *Dominus est, quod bonum est in oculis suis faciat*. Factum est c. 4. in diebus illis, vt conueni- rent Philistijm in pugnam contra Israel, & Israel terga vertente, cæsa sunt per agros 4000 virorum. Tum Israelite attulerunt de *silo* Arcam Domini, & iterum cæsa sunt 3000 peditum: fugerunt reliqui in Taber- nacula sua. Arca capta est, duo filij *Heli Ophni* & *Phine- es* mortui sunt. *Heli* his auditis a nuntio, sustinuit ad ruinam populi & mortem filiorum; sed audiens: *Arca Dei capta est*, cecidit de sella retrorsum, & fractis cer- uicibus expirauit 98 annorum, cum iudicasset Israel 40 annis. Philistæ c. 5 asportarunt Arcam in *Azotum* ac templum *Dagon* iuxta *Dagon*. Mane *Dagon* ante Arcam

iacebat pronus in terra, quem restituerunt loco suo; sed altera die rursum in terra iacebat solus truncus abscisso capite & palmis manuum. Percussi insuper Azotij plagi & morte ac mures vastabant agros. Initio consilio cum Satrapis Philistinorum, suadent Gethæi: *circumducatur Arca Dei Israel.* Sub circumductione fiebat interfectio magna per singulas ciuitates, aliæque plagæ circa extales. Inde missa Arca in *Accaron*, & post 7 menses c. 6 remissa versus *Bethsames* cum muneribus, muribus & anis aureis quinque. Hoc modo: de Sacerdotum *Dagon* consilio fecerunt plaustrum nouum, duas vaccas fætas quibus necdum impositum iugum in plaustro iunxerunt, & recluserunt vitulas earum domi, & *v. 11* posuerunt Arcam Dei super plaustrum, & capsellam quæ habebat mures aureos & similitudines anorum. Ibant autem sponte vaccæ per viam quæ dicit *Bethsames*. Porro Bethsamitæ metebant triticum in valle, circa Pentecosten, & videntes Arcam gauisi sunt, & in agro *Josue* steterunt vaccæ, concisisque lignis Plaustri vaccas super lapide holocaustum obtulerunt, & Leuitæ Arcam depositam curauerunt. Percussit verò Deus de Bethsamitibus 70 viros eo quod vidissent Arcam Domini, & 5000 plebis. Bethsamitæ miserunt ad habitatores *Cariathiarim*, ut ad se adducerent Arcam. Hi citó venerunt c. 7 & reduxerunt Arcam & induxerunt eam in domum *Abinadab* in Gabaa seu colle & filium eius *Eleazarum* sanctificauerunt, ut custodiret Arcam. Exin requieuit populus Israel post Dominum 20 annis. *Samuel* verò monuit populum, ut auferrent Deos alienos de medio: *Baalim* & *Astaroth* & seruirent Domino solo. Ita fecerunt, & conuenerunt in *Masphat* ieiunantes & dicentes peccauimus Domino. Philistæ hæc audientes ascenderunt contra Israel in prælium. *Sa-*  
*muel*

muel agnum lactentem offerendo in holocaustum & orando pro Israel, obtinuit victoriam: Israelitæ persecuti sunt Philisthæos & percusserunt eos, & humiliati sunt Philisthym, nec apposuerunt ultra, ut venirent in terminos Israel. Insuper redditæ sunt vrbes, quas abstulerant Philisthijm ab Israel Israeli, ab Accaron usque Geth, Samuel residuebat in Ramatha: ibique iudicabat Israelem, ædificato etiam altari, & circuibat quotannis Bethel Galgala & Maspera seu Silo, & iudicabat Israelem in supradictis locis. Cum senuisset c. 8 posuit duos filios suos Judices in Bersabee ad meridiem Chananææ, qui ad auaritiam declinarunt, munera acceperunt et Judicium perverterunt, imitatores filiorum Heli ex parte. Samuel absens emendare non poterat. Igitur Seniores Israel veniunt in Ramatha & postulant a Samuele Regem, ut iudicet. Tandem consentiente Domino, consentit & Samuel, prædicens eis grauamina sub Rege sustinenda, ac remisit unumquemque in ciuitatem suam prouisurus eis de Rege. c. 9. vir de Tribu Beniamini nomine Cis perdidera asinas suas, & filium Saul cum pueru emisit, ut quæreret eas. Hi quærentes nec invenientes tandem venerunt ad Samuelem die tertio, inquirentes de asinis. Ea occasione Dominus monstrante vnxit Samuel priuatim Saul in Regem c. 10. ut liberaret populum de manu inimicorum per circuitum, dando signat tria. In redditu Saulis hæc tria euenerunt. Samuel conuocat populum in Maspera ad Dominum, ut eligerent Regem per sortes & cecidit sors tribus Beniamini cognatio Metri, & filius Cis, Saul, qui erat domi absconditus, & adductus stetit in medio populi altior omnibus ab humero & sursum. Pars exercitus secuta est Saul in Gabaa: pars despexit eum, post mensem circiter Naas Rex Ammon pugnare cœpit contra Jabel Galaad. Hi dixerunt habe-

nos foederatos & seruiemus tibi. Naas ait: eruam omnium vestrum oculos dextros; conditionem hanc ini quam non admiserunt viri Iabes Galaad, sed consilium & auxilium postularunt ab omni Israel. c. 11.

## S Y N O P S I S HISTORICA REGUM.

*Sannuel Pontifex & Saul Rex* resoluerunt succurrere viris *Iabes Galaad* auxilium implorantibus. Inſiliuit Spiritus Domini in *Saul*, & concidens 2 boues suos in partes, 12, misit ad 12 Tribus dicens: quicumque non exierit & secutus fuerit *Saul* & *Sannuel*, sic fiet bobus eius. conuenerunt itaque ex *Juda* 30000, & ex alijs Tribubus 300000. *Saul* diuisit populum in 3 partes, & ingressus castra hostilia in vigilia matutina, percussit *Ammon* totaliter; ita vt non relinquerentur ex dispersis duo pariter, tum *Sannuel* duxit populum in *Galgalia*, vt coram Domino facerent iterato *Saul* Regem. Ita fecerunt, & viictimas pacificas læti obtulerunt. Erat tum tempus messis triticeæ. *Sannuel* pro populo instanter orat & comimonet, vt seruant Domino in veritate & toto corde. Elegit sibi *Saul* 3000 militum. 2000 Secum erant in *Machmas* & monte *Bethel*, & 1000 cum *Jonatha* in *Gabaa* Beniamin. Reliquum populum remisit in Tabernacula sua c. 13. Cum mille suis percussit *Jonathas* stationem Philistinorum, quæ erat in *Gabaa*: & erexit se Israel adversus Philisthijm. Hi e contra congregati sunt 30000 curruum & 6000 equitum, castrametati in *Machmas*. Populus Hebræus intimidatus, partim Jordanem transiit, partim se abscondit & a *Saul* recessit, qui erat in *Galgalis* exspectans 7 dies iuxta conditum

dictum *Samuelis*, in *Galgala* ad *Saul* venturi. Ante expletum diem septimum temeré holocausta & pacifica in *Galgalis* obtulit, Deumque grauiter offendit, a regno repudiatus & a *Samuele* mox adueniente grauiter increpatus fuit. Philisthæi prædabantur Israel tribus cuneis *Saul* cum 600 viris de *Galgalis* perrexerat ad extremam partem *Gabaa* ad petram *Remmon* munitissimam. *Ionathas* c. 14. Dei instinctu pergit ad stationem Philisthæorum cum armigero suo & occidit 20 Philisthæos occulte. Alij Philisthæi cadauera videntes in se mutuo insurgunt, & invicem occidunt, vnde clamor Magnus in exercitu. *Saul* cognitâ *Ionathæ* & armigeri cum suis pergit contra Philisthæos, & accurretunt absconditi in speluncis & montibus ad 10000, & persecuti sunt Philisthæos usque ad noctem. Per hanc victoriam confirmatum est regnum *Saulis*, qui *v. 47* pugnabat annis sequentibus per circuitum adversus omnes inimicos: contra *Moab*, *Ammon*, *Siriam*, *Philisthæos*, *Idumæos* & *Amalecitas*, & quocumque se verterat superabat. *Samuel* c. 15 Nomine Dei Mandat *Sauli*: percute *Amalec* & Demolire vniuersa eius: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid; sed interface a viro usque ad mulierem, & parvulum atque lactentem, bouem & orem, camelum & asinum. *Saul* cum 21000 pergit contra *Amalec*, monendo *Sinæos* posteros *Ietro*, ut recederent ab *Amalec*, quia *Ietro* fecerat misericordiam filiis Israel cum ascenderent de *Ægypto* *Moysi* in *Sinai* occurrens. Tum *Saul* percussit *Amalec* ab *Heuila* donec venias ad *Sur*, e regione *Ægypti*, & apprehendit *Agag* regem *Amalec* viuum, parcens optimis gregibus ouium & armorum, & vestibus & arietibus & vniuersis, quæ pulchra erant. Inobedientia hæc notabilis displicuit Deo & *Samuel* adductum ad se *Agag* Regem *Amalec*

occidit ac in frusta concidit in Galgalis coram Domino.  
 Inde discessit in Ramatha & Saul ultra non visit usque  
 ad diem mortis suæ : verumtamen lugebat Samuel Sau-  
 lem. c. 16 Deus mittit Samuelem ad Isai Bethleemitem,  
 ad vngendum filium eius natu minimum e 7 in Regem.  
 Hunc vnxit in medio fratrum , & directus est Spiritus  
 Domini a die illa in Dauid & deinceps. Samuel au-  
 tem reuersus est in Ramatha. Spiritus autem Domini  
 recessit a Saul & exagitabat eum spiritus malus. Ad le-  
 niendam afflictionem hanc vocatur Dauid sciens psallere  
 citharâ , & placet Sauli , qui eo citharam pulsante refo-  
 cillabatur & lenius habebat. Recedebat enim ab eo spi-  
 ritus malus. Saule ex parte sanato , Dauid aulæ perte-  
 sus c. 17. s abijt & reuersus est a Saul, vt paſceret oves  
 Patris sui in Bethleem. Philisthæi invadunt Israelem ca-  
 strametati intet Socho & Azeca. Israelitæ vero erant in  
 valle terebinthi, Goliath prouocat aliquem ad duellum,  
 & nullus audet , Dauid ab Isai missus ad visitandos fra-  
 tres milites , acceptat duellum & Goliath in funda &  
 lapide profligat, liberatque Israelem : Nam Philisthæos  
 fugientes persecuti sunt viri Israel & Juda , usque ad  
 Accaron & Geth. Caput Goliath tulit Dauid in Ierusalem,  
 arma vero posuit in tabernaculo suo. Percussori Goli-  
 ath , Saul promiserat diuitias magnas & filiam in uxo,  
 rem, ac immunitatem domus paternæ a tributo. Reti-  
 nuit itaque Saul Dauidem secum ; sed cum occurrentes  
 victoribus mulieres cantarent : percussit Saul mille &  
 Dauid decem millia , iratus est, nec rectis oculis aspergit  
 eum a die illa & deinceps c. 18, Ionathas vero dilexit  
 Dauid sicut animam suam , dans ei vestimenta propria,  
 gladium arcum & baltheum. Post Diem alteram spi-  
 ritus malus invasit Saul , & Dauid pulsabat citharam :  
 Saulque lanceâ nifus est Dauidem configere cum pariete,

& Dauid declinavit secundō. Saul facit Dauid Tribunum super mille viros, repromittit Merob in vxorem & monet ut fortiter agat, reputans apud se: sit super eum manus Philisthæorum. Merob in vxorem datur Hadrieli Molathitæ. Michol hoc facto Dauidem dilexit, & Sauli placuit dummodo adferret Dauid 100 præputia Philisthæorum. Dauid cum suis percussit 200 Philisthæos afferens præputia ad Saulem, qui dedit ei Michol invxorem. Postea Saul Ionathæ et seruis suis c. 19 mandauit, ut occiderent Dauid. Iouathas monuit Dauid ut absconderet se. Interea placauit Saulem, qui Dauidem reuocauit, & fuit apud eum sicut heri & nudus tertius aliquamdiu. Moto nouo bello per Philisthæos, Dauid peccussit eos plagâ magnâ, & fugerunt afaete eius. Non obstante hoc, spiritu malo vexante Saulem, iterum nisus est Dauidem lanceâ configere, qui declinavit & fugit in Domum suam. Saul misit satellites, qui nocte custodirent domum, ut mane apprehensus interficeretur, Michol nocte demisit Dauidem per fenestram, & in lecto eius posuit statuam, quam mane satellites inuenierunt, interea Dauid fuderat ad Sar uelem in Ramatha nuntians omnia. Samuel & Dauid morati sunt in Naioth, quod & nuntiatum est Sauli. Hic eo misit lictores, ut caperent Dauid. In Naioth habebat Samuel cœtum Laudantium Deum voce & instrumentis musicis. Hi dicebantur Prophetæ, quia ordinarié aliqui inter illos futura prænuntiabant. His præterat Samuel. Lictores seu milites a Saule missi ad Dauid capiendum, spiritu Dei immutatis iunxerunt Choro & prophetauerunt. Ita etiam secundi & tertij a Saule missi. Tandem iuit Saul ipse in Naioth & pariter immutatus exuit se vestibus regijs, & in veſte communi & interiori, Choro se iunxit tata die & nocte

nōte, & reuersus est Dauide intacto. Hic. c. 20 fugit de Naioth quæ est in Ramatha & venit ad Jonathan implorans consilium & auxilium. Jonathas frustra conatus Davidem reconciliare, eum signo 3 sagittarum & viua voce in agro informat, e manibus Saul liberat, pacta renouat & discessum suadet, Dauid c. 21. venit solus in Nobe ad Achimelech Sacerdotem, qui roganti Dauidi famelico dedit in defectum aliorum panes propositionis & gladium Goliath, conscio Doeg Idumæo, qui tum in Nobe aderat. E Nobe fugit ad Regem Achis in Geth, ibidem phrænesim & dementiam fingens ob mortis periculum, quia notus erat. Inde c. 22 fugit in speluncam Odollam, quo ad eum præter parentes & fratres conuenerunt 400 viri. Cum his fugit in Masspha, quæ est Moab. Regi Moab commendauit patrem & matrem suam, & de consilio Gad Prophetæ reversus est cum suis in terram Juda ad saltum Hared. Saul Ministros suos accusat infidelitatis, eo quod nullus prodat Davidem. Tum Doeg Idumæus primus inter seruos Saul dixit: vidi eum in Nobe apud Achimelech sacerdotem, qui pro eo consuluit Dominum cibaria & gladium Goliath dedit. Citat itaque Saul Sacerdotes 85, eosque per Doeg occidi imperat, ut coniuratores contra se; Nobe autem ciuitatem Sacerdotalem funditus vastauit, solo Abiathar filio Achimelech evadente & fugiente ad David. Philisthæi c. 23 Ceilam obsident & areas diripiunt. David consulto Domino, qui victoriam promittit, Philisthæos invadit, percutiens eos plagâ magnâ, & Ceilam saluat. Saul hoc auditio parat Davidem obsidere in vrbe murata. Hic consultit Dominum, an Saul venturus, & an Ceilitæ sint eum tradituri. Domino respondente: veniet & tradent, Dauid cum 600 suis exiuit Ceilâ huc illucque vagando, donec veniret

ad montem solitudinis *siph.* Huc *Ionathas* ad *Dauidem* excurrit confortans eum in Deo & regnum *Israel* prædicens. *ziphæi* e contra prodiderunt *Dauidem* *Sauli*, qui venit & cinxit *Dauidem* in modum coronæ. Tum subito nuntiatur *Sauli*, quod *Philistym* se diffudissent super terram *Israel*. Hinc citò reuersus perrexit in occursum *Philistorum*. Ascendit ergo *Dauid* inde c. 24 & habitauit in locis tutissimis *Engaddi*. *Saul* hoc intelligens, assumpsit 3000 viros electos ad quærendum *Dauid*, & causâ ventris purgandi intravit speluncam *Engaddi*, in qua latebat *Dauid* & viri eius. *Dauid* noluit suis permittere ut occiderent *Saulem*, sed a retro abscondit oram clamidis eius. Post *Saul* exiuit & *Dauid* de spelunca, ostendens ei abscissam solam oram clamidis cum potuisset interficere. Placatus *Saul* fatetur *Dauidem* a Deo electum & protectum regnaturum post se: vnde postulat: *iura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei.* Et iurauit *Dauid Sauli*, qui abiit in domum suam, & *Dauid* cum suis ad tutiora loca. De morte *Samuelis* hactenus nil habemus c. 25 & 28 refertur eius mors & sepultura ac luctus in natali solo *Ramatha*, præsentibus multis ex omni Tribu *Israel*. *Iosephus lib. 6. Antiq. c. 14. & 15.* apud *Ricciolum* dicit *Saulem* cum *Samuele* regnasse 18 annis. Post huius mortem *Saul* solus regnauit 2 annis *1. Reg. 13.* *Dauid, Samuele* sibi fauente mortuo, descendit in desertum *Pharan* versus *Ægyptum*. *Nabal Carmelus* habebat 3000 oves & 1000 capras pascentes in eodem deserto. *Dauid* & viri eius protexerant Pastores & greges, vt nunquam defuisset aliquid de grege. Itaque *Dauid* petit per 10 iuuenes ad *Nabal* in *Carmelam* missos, vt sub tonsione gregum præstaret gratitudinem aliquam arbitriariam. *Nabal* imprudenter

repulit iuuenes : vnde Dauid viros suos 400 gladijs accinxit , 200 relictis ad sarcinas , vt Nabal cum omnibus suis occideret. Abigael vxor Nabal cum cibo & potu occurrit Dauid, eumque placauit. Altera die indicauit Nabal periculum in quo fuerat , & emortuum est cor eius intrinsecus , & factus est quasi lapis. Et post 10 dies mortuus est. Tum Dauid sumpfit Abigail in vxorem , & Achinoan de Iesrael. Saul autem dedit Michol Phalti filio Lais de Gallim. Dauid reuerso a deserto Pharan ziphæi eum iterato produnt, Saul cum 3000 venit in desertum ziph , suos ponens in colle Hachila. Dauid & Abisai nocte collem ascendunt omnesque somno sopitos inveniunt. Abisai volebat Saulem lanceâ perfodere , sed Dauid prohibuit : solum scyphum & hastam auferens. Mane Dauid stans in colle adverso clamabat ad Abner monstrans ei hastam & scyphum , quæ & Saul vidit , & iterum Dauidi reconciliatur dicens. *Benedictus tu fili mi Dauid, & quidem faciens facies & potens poteris* , reuersusque est in locum suum. Dauid c. 27 tpmens, ob inconstantiam Saulis tandem incidere in manus eius fugit cum 600 suis ad Achis filium Maoch regem Geth. Hoc audiens Saul non addidit ultra querere eum. Dauid cum vxoribus & viris suis 4 Mensibus habitauit apud Achis in Geth. Postea petijt locum habitationis in aliqua vrbi extra regiam : & Achis dedit ei Siceleg. Hinc Dauid & viri eius agebant prædas de Gezuri & Gerzi & Amalecitis , veniebatque occisis omnibus cum præda ad Achis dicens verè : irrui contra meridiem Iude , Ferameel , Ceni : sicque iuste Achis decipiens , qui dicebat : multa mala operatus est contra populum suum Israel. Philisthæi congregant c. 28 post mortem Samuelis exercitum contra Israel , & dixit Achis Dauidi : Mecum egredieris in castris tu & viri tui

tui, & ego custodem capitum mei ponam te. David igitur & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis, Philisthais c. 29 praecedentibus in centurijs & millibus. Satrapæ Philisthæorum Dauidi non fidebant. Achis e contra dicebat: fuit apud me multis diebus vel annis & non inueni in eo quidquam. Satrapæ prævaluerunt & Dauid summo mane cum suis reuersus est versus Seleg. Saul cum vniuerso Israele c. 28 venit in montes Gelboe, vidensque castra Philisthym timuit, & consuluit Dominum, qui non respondit ei, nec per somnia nec per sacerdotes nec per Prophetas. Quæsiuit ergo Saul Pythonissam, & serui indicarunt vnam esse in Endor. Ad hanc mutato habitu perrexit & Samuelem refuscari poposcit. Deus impium conatum Pythonissæ præuenit, & Samuelem durum nuntium Sauli obtulit, qui dixit: *Cras tu & filij tui tecum eritis, sed et castra Israel tradet Dominus in manus Philisthym.* Disparuit Samuel & Saul cibo confortatus tota nocte itineratus est versus castra Israel, & defenderunt se contra Philisthaos. Tandem Israël succubuit & fugit c. 31 coram Philisthym, cecideruntque Ionathas Abinadab & Melchesua filii Saul: qui vehementer vulneratus est a sagittarijs insequentibus. Tum petijt ab armigero suo, ut occideret eum, ne incideret viuus in manus incircumcisorum. Noluit armiger; vnde Saul irruit in gladium proprium & mortuus est. Idem fecit armiger eius. Altera die Philisthæi spoliantes interfertos invenerunt cadaver Saulis & 3 filiorum eius. Absciderunt caput Saulis, quod cum armis miserunt in terram Philistinorum per circuitum, corpora vero suspenderunt in muro Bethsan. Viri Iabes Galaad hæc intelligentes sustulerunt cadavera de muro Bethsan, veneruntque in Iabes Galaad & combusserunt ea ibi, ossibus sepultis in nemore. Absente Dauid

Cum Achis in exercitu, Amalecita c. 30 impetum fecerant in Siceleg & succenderant eam igni, captiuasque duxerant mulieres, neminem occidendo. David redux cum suis lugens factum consultit Dominum, & persecutus est latrunculos ad torrentem Besor, ubi subsistere fecit 200 viros magis lassos. Duce puero Amaleites ob infirmitatem in via relieto, David affecutus est Amalecitas comedentes & bibentes & quasi festum celebrantes pro praeda accepta, percussitque eos a vespera usque ad vesperam alterius diei, ut soli 400 adolescentes evaderent, qui ascenderunt camelos suos & fugerunt, David reduxit uxores suas & populi, filiosque & omnem prædam, quam reversus ad torrentem Besor cum 200 æqualiter diuisit, volens ut remanentes ad sarcinas & eunes ad prælium æqualiter diuiderent. David reuersus in Siceleg misit dona de praeda Senioribus Iuda. Tertia die a reditu in Siceleg 2. Reg. i nuntiatur Davidi mors Saul & filiorum ac fuga populi e prælio. Nuntio hoc, falso afferente se occidisse Saulem, interfecto; planxit David mortem Saulis & Ionathæ. Planctu completo consuluit c. 2 David Dominum: num ascenderet ad unam de ciuitatibus Iuda e Siceleg? Respondet Dominus: ascende in Hebron. Ascendit ergo David cum duabus uxoribus & viris, qui cum eo erant in Hebron & habitauerunt in oppidis eius. Viri hi in spelunca Odollam erant 400. Postea 600 & plures. 1 Paral. 12 accretio numeri describitur. ¶ 8 de Gad transfugerunt ad David cum lateret in deserto 11 Principes exercitus viri robustissimi & pugnatores optimi, facies eorum quasi facies leonis & velocius quasi capreæ in montibus: transierunt Jordarem mense primo Nisan, quando invadare consuevit super ripas suas, & omnes fugauerunt, qui morabantur in vallibus. ¶ 16 venerunt de

de Beniamin & Iuda ad praesidium in quo morabatur Dauid, quorum Princeps Amasai quos Dauid constituit Principes turmæ. In Siceleg ¶. 1 ad Dauid venerunt ex Beniamin 23 fortissimi. De Manasse ¶. 19 transfugerunt ad Dauid dum venit cum Achis, & remissus, 18 Principes milium in Manasse. Hi præbuerunt auxilium Dauid, adversus latrunculos Amalecitas. Sed & ¶. 22 per singulos dies veniebant ad Dauid ad auxiliandum ei. Igitur 2. Reg. 2. 4 omnes viri Iuda probantibus reliquis vnxerunt Dauidem regem super Iuda. Dauid laudat viros Iabes Galaad ob sepultum Saulem & filios, promittitque eis gratiam. Abner Princeps exercitus Saul ¶. 9 Isboseth circumduxit per castra, regemque constituit super Galaad Gessuri Iesrael Ephraim Beniamin & Iesrael vniuersum. Quadraginta annorum erat Isboseth filius Saul cum regnare cœpisset super Iesrael. & 2 annis pacem habuit cum Dauide: postea 5 annis fuit bellum continuum. Interea Dauid regnauit in Hebron 7 annis & 6 mensibus, semper proficiscens c. 3 & seipso robustior, dominus autem Saul decrescens quotidie. Tandem Abner reprehensus ab Isboseth ob ingressum ad concubinam Saulis Respham, recedit ab Isboseth ad Dauid conatus adducere vniuersum Iesrelem, & actu adducens Michol uxorem Dauidis. Dauid eum benignè recepit & pacificè dimisit. Eo tempore ierat Ioab cum militibus contralatrunculos, quos percussit, & reuersus est cum praeda magna nimis. Audiens Ioab Abnerem pacificè dimissum, ægré id tulit, & dolosè revocatum occidit proditoriè, Dauide factum improbante & super morte Abner lugente & ieiunante. Isboseth audit mortem Abneris in Hebron, & dissolutæ sunt manus eius, omnisque Iesrael perturbatus est. Breui post Rechab & Baana principes latronum c. 4 proditoriè occidunt Isboseth decumben-

tem in lecto suo , caputque abscissum ad *Dauid* in *Hebron* afferunt, sed morte luunt, capite *Ishboseth* in sepulcro *Abner* honorifice sepulto. Tum venerunt vniuersae Tribus *Israel* ad *Dauid* in *Hebron*. De *Iuda* 6800 : De *Si-meon* 7100 : De *Leui* 8322 : De *Beniamin* 3000 : De *Ephraim* 20800 : De *Manasse* 18000 : De *Isachar* principes 200 quorum reliqua Tribus consilium sequebatur : De *Zabulon* 50000 : De *Neptali* Principes 1000, milites 37000 : De *Dan* 28000 : De *Aser* 40000 : De *Ruben* *Gad* & dimidia *Manasse* trans *Jordanem* 120000. Omnes isti corde perfecto venerunt ad *Dauid* in *Hebron*; vt constituerent eum Regem : erantque 340222 : Hi manserunt triduo in *Hebron* comedentes & bibentes , gaudium quippe erat in *Israel*, vnclo iterato *Dauide* in Regem super 12 Tribus. Rex *Dauid* cum exercitu suo abit *Ierosolimam* expugnaturus *Iebusatum* eosque possessorem *Arcis* , & feliciter expugnauit, loco eius deinceps in Arce habitans , quam ædificauit & vocauit ciuitatem *Dauid* , *Hiram* rege *Tiri* ligna cedrina & artifices ad ædificia subministrante. Accepit desuper alias vxores, & concubinas de *Ierusalem* , problemque multiplicauit. *Philisthai* bis *Dauidem* in valle conantes oppugnare, bis ab eo percutiuntur , & sculptilia ab eis relicta auferuntur & comburuntur. Confirmato regno *Dauidis* super *Israel* , consultat & resoluit de reducenda *Arca* a *Cariathiarim* in *Jerusalem*. Eo pergit cum 30000 electis de *Israel*. Arca per *Oza* & *Ahio* filios *Abinadab* plaustro nouo imponitur , cum debuisset per eos humeris portari. Dum venirent ad aream *Nachon* seu *Chidon* boues calcitrabant , & Arca erat in periculo lapsus in terram. Hoc periculum cauissent *Oza* & *Ahio*, si Arcam secundum legem humeris portassent. *Oza* extendit manum ad Arcam ne caderet, & morte a

Domi-

Domino percussus est super temeritate sua. Hinc *Dauid* non est ausus Arcam inducere in Arcem, sed ad Domum *Obededom*, ubi mansit 3 mensibus, Deo *Obededom* ob Arcam benedicente. Tum *Dauid* 1. Par. 15 tenebit tebernaculum Arcæ in monte *Sion* dixitque illicium est ut a quocumque portetur Arca Dei, nisi a Leuitis quos elegit Dominus ad portandum eam. ¶ 14 sanctificati sacerdotes & Leuitæ tulerunt Arcam in vectibus. *Dauid* maiores natu & Tribuni comitabantur cum lætitia & solemnitate maxima. *Dauid* ipse indutus Ephod lineo saltabat coram Arca sub musica & cantu, vnde a *Michol* despectus, quæ propterea sterilitate punita. Constituta est c. 16 Arca in Tabernaculo præparato, oblata holocausta & hostiæ pacificæ *Asaph*que cum cantoribus intonarunt: *Confitemini Domino & invocate* &c. Tabernaculum in *Sinai* factum videtur eo tempore fuisse in *Gabaon*. Hoc pellibus arietum & ianthinis tectum erat. Simile fecerat *Dauid* pro Arca in monte *Sion*. Habens igitur requiem ab omnibus inimicis suis, resolutus 2 Reg. 7 pro Arca Domini ædificare templum: reputans indignum, quod Arca sub pellibus lateret, ubi ipse habitabat in *Mocedrina*. *Nathan* dixit: *omne quod est in corde tuo vade fac*. nocte sequente Dominus per *Nathan* promittit *Dauidi* filium *Salomonem* cuius regnum firmandum & thronus stabiliendus usque in sempiternum per *Messiam*: ipse ædificabit Domum nomini meo. Post hæc c. 8 exiuit *Dauid* cum exercitu contra *Philistijm*, & humiliauit eos tulitque frænum tributi nempe urbem *Geth* & oppida vicina, in quibus posuit valida præsidia, & *Philisthaeos* tributum soluere coegit. Idem successiùè fecit cum *Moabitis* *Ammonitis* *Syris* & *Amalecitis*, Domino eum seruante ubique, *Idumæam* etiam sibi subiecit, cæsis in valle salinarum

18000, & interfectis omnibus masculis præter paucos qui fugerunt in *Ægyptum*. Inquirit c. 9 David: an aliquis sit superstes de domo Saul aut *Ionathæ*, vt faceret ei gratiam. *Siba* unus seruorum *Saulis* dicit Davidi, quod *Miphiboseth* filius *Ionathæ* claudus utroque pede ex lapsu nutricis cum eo quinquenni fugientis, audita morte *Saulis* & *Ionathæ* adhuc viueret in *Lodabar*: hunc accersuit, & restituit ei omnes agros *Saul* cui sui, vt *Siba* inde sustentaret filium *Miphiboseth Micham*, ac *Miphiboseth Ierosolimis* habitare fecit, ac mensæ suæ ad vitam accumbere fecit. *Naas* rex *Ammonitarum*, qui beneficerat fugienti Davidi a facie *Saul*, moritur, & succedit c. 10 *Hanon* filius eius. Ad hunc David mittit legatos consolatorios super morte Patris; sed Principes eos denigrarunt velut exploratores. Hinc *Hanon* rasit ipsis mediâs barbas & præscidit medias vestes ad nates ac dimisit. David haec auditus parat se ad vindictam. *Hanon* mercede conductus *Syros Robob*, *Istob*, *Soba* & *Maacha*. *Ioab* cum *Abisai* fratre suo procedit contra eos. *Syri* erant in campo, & *Ammonites* ante portam *Medaba*. Hos aggressus est *Abisai*, & *Syros Ioab*, qui citò fugerunt. Hoc videntes *Ammonites*, & ipsis fugerunt in Civitatem. Tum *Ioab* reuersus ad David in *Ierusalem*. *Syri* coadunantur iterum, & *Adareser* euocat *Syros* trans flumen *Euphraten* in auxilium. David ipse contra hos transiuit *Iordanem* venitque in *Helam*, & pugnauit contra *Syros*, occidens *Sobach* Principem militiæ, & quotquot erant in 700 curribus, 4000 equites & 40000 pedites. fugerunt 58000 pacemque fecerunt cum David & seruierunt ei: nec ultra auxilium præbuerunt filiis *Ammon*, Vertente anno c. 11 Misit David *Ioab*, vt vastaret *Ammonitas* & obsideret *Rabba*. Ita fit. Interea David committit Adulterium cum *Bersabee* uxore *Uria*, *Hethæ*, quæ

quæ concepto fœtu, id nuntiauit Dauidi, vt consulat famæ & vitæ. Hic euocat ad se Uriam, vt cum vxore dormiat, sicque conceptum filium Uriæ substituat.<sup>1</sup> Engraue iniustitiam. Uriam eo fine ineibriare conatur, Engraue scandalum. Dum hæc non succedunt mandat Joab, vt Uriam, & alios certæ morti exponat. Enià in positionem criminis falsi & homicidium. Octo aut plura hac occasione commisit Dauid mortalia peccata, in quibus per annum hæsit. Bersabee planxit mortuum Uriam, & postea Dauid duxit eam vxorem. Hinc patet Adulterium cum homicidio alterius coniugis non dirimere matrimonium iure naturæ, sed Ecclesiastico tantum. Joab pergebat ob fidere Rabbath c. 12, Et expugnabat urbem regiam. Tum misit nuntios ad Dauid vt veniret, & ipse urbem caperet, ne Joab adscriberetur Victoria. Venit Dauid, cepit Rabbath, regem occidit, tulit coronam pondo auri talentum (hoc est 125 libræ) cum gemmis pretiosissimis, prædam multam aportauit, & populum terræ crudeliter trucidauit peccata noua peccatis præcedentibus addendo. Dein reuersus est cum exercitu in Ierusalem, Reverso Dauidi peperit Bersabee filium, Per Nathan sub parabola Dauid peccatorum suorum concipit pænitentiam, dum in alterum putabat se tulisse sententiam, & Nathan aiebat: *tū es ille vir.* Pæna peccati comitabatur: *fuscitabo* (dicit Dominus) *super te malum de domo tua,* & *tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo (filio Absalon)* & dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis huius. Non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum. His territus & contritus Dauid repente dixit: *peccavi Domino.* Nathan ad Dauid dixit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum non morieris.* Filius qui natus est tibi morte morietur, qui non obstante Dauidis pænitentiâ oratione & ieunio

die 7 mortuus est. David super morte pueri consolatus  
*Bersabee*, & gignit ex ea *Salomonem* Amabilem Domi-  
no. Sequitur prædicta peccati pæna: *Malum de domo*  
*propria* c. 13 nam *Ammon* filius David ex *Ashinoam* Jes-  
raelitide adamauit *Thamar* filiam David ex *Maacha* filia  
*Tholmai* Reges *Gessur* sororem *Absalom*, & violentè stu-  
pravit eam ac expulit, id innotuit David, qui dissimu-  
lauit nolens contrastare spiritum *Ammon* primogeniti  
*sui*, in quo peccauit. Innotuit & *Absalom*, qui post  
biennium tondens greges, & eo titulo quæsito, filios  
Regis in conuiuio tractans *Ammonem* temulentum per  
famulos occidit, & fugit ad *Tholmai* Regem *Gessur*, vbi  
mansit 3 annis. *Joab* c. 14 mediante muliere sapiente de  
*Tecua* reconciliat *Absalonem* Davidi, ita ut reuocaretur  
de *Gessur* in *Jerusalem*, sed biennio manere debuit in  
domo sua, nec videre licuit faciem Patris sui David.  
Expleto biennio vocauit bis *Absalon Joab*, qui noluit  
venire. Hinc mandauit seruis ut succenderent messem  
hordei *Joab*: qui mox venit ad *Absalon*, & intercessit a-  
pud David pro reconciliacione plena, & obtinuit *Absa-*  
*lon* intravit ad patrem! & adorauit super faciem terræ,  
osculatusque est rex *Absalon*. c. 15 coniurat in David cum  
*Achitophel* consiliario Davidis alijsque multis, quibus-  
cum ierunt 200 viri simplici corde, & causam penitus  
ignorantes. dixerat *Absalom* Davidi: vadam & reddam  
vota mea, quæ voui Domino in *Hebron*. Missi erant  
nuntij in omnem *Israel* dicentes: dum audieritis so-  
num buccinæ dicite: regnauit *Absalon* in *Hebron*. Cum  
*Absalom* in *Hebron* immolaret victimas, facta est *¶. 12*  
coniuratio valida, populusque concurrens augebatur  
cum *Absalone*: credebat forte populus hæc fieri conscio  
David. Venit nuntius ad David dicens: *toto corde uni-*  
*uersus Israel* sequitur *Absalom*. Dum *¶. 7* dicitur post

40 annos : Hi computandi a priuata vntione *Dauidis*,  
vel fugâ primâ *Dauidis* à *Saule* ad hanc secundam. *Dauid* igitur cum omni domo sua fugit pedes opertoque  
capite, cum 600 *Gethæis* pugnatoribus, *Cerethi* & *Phe-*  
*lethi* corporis regij custodibus, ac *Ethai Gethæo* recente  
Proselito. Hunc monuit *Dauid*, vt reuerteretur cum fra-  
tribus in *Jerusalem*, sed manere voluit cum *Dauide* tam  
in morte quam vita : vnde præcessit cum suis & reli-  
qua multitudine. Venit & *Sadoc* cum *Leuitis* & Arca  
Dei. Hos & Arcam remisit *Dauid* committens se mi-  
sericordiæ diuinæ, transiens torrentem *Cedron* & ascen-  
dens nudis pedibus montem oliuarum, vbi in summitate  
adoraturus erat *Dominum*. ibi occurrit *Dauidi Chusai A-*  
*rachites* quem etiam *Dauid* remisit in *Jerusalem* ad in-  
fatuandum consilium *Achitophel*, sibique denuntiandum  
per *Sadoch Abiathar*, *Achimaam* & *Jonathan*. Igitur *Chu-*  
*sai* reuertitur, & *Absalom* pariter ingreditur *Jerusalem*  
cum *Achitophel*. Hic consulit *Absalomi*, vt publicè in-  
cestet 10 concubinas *Dauid* relictas quoad custodiam  
domus & ita fit. Interea c. 16 *Dauidi* fugienti occur-  
rit *siba* cum provisione, grauiter detrahens Domino  
suo *Miphiboseth* vt rebelli. *Dauid* citò credens, agros  
*Miphiboseth* dat *sibæ* calumniatori, in quo peccauit non  
examinando causam nec audiendo accusatum. In *Ba-*  
*burim* occurrit *Semei* maledicens pessimè *Dauidi* vt ty-  
ranno & viro *Belial*. *Abisai* volebat amputare caput  
*Semei*, sed *Dauid* prohibuit memor Prophetiæ *Nathan*,  
cuius experiebatur adimpletionem, & sperabat per  
poenitentiam & patientiam sibi Deum placare. *Achito-*  
*phel* c. 17 consulit, vt cum 12000 persequens lassum  
*Dauid*, eum a suis derelictum percutiat. Hoc consilium  
Deus per *Chusai* desuper interrogatum euertit & infa-  
tuat. Hic consulit ad lucrandum tempus fugæ *Dauidi*

vt congregetur ad securitatem omnis militia *Israel*. Et fit: vnde *Achitophel* disposita domo sua suspendio interijt. Hæc consilia communicat *Chusai*, *Sadoch* & *Abiathar* Sacerdotibus. Hi per Ancillam nuntiarunt filiis suis *Achimæ* & *Jonathæ* ad fontem *Rogel*, qui nuntiavunt *Dauidi*. Hic statim *Jordanem* transiit, & omnes vi-ri eius cum eo antequam dilucesceret & venit in *Machanaim* seu *Castræ*: vbi *Sobi* Rex *Ammon* filius *Naa*s frater *Hanon*, *Macher* filius *Ammiel* de *Lodabar* & *Bersellai* *Galaadites* de *Rogelim* ei obtulerunt stratoria *Tapetia* frumentum butirum oves pingues vitulos & alia ad ves-cendum. *Absalom* congregato *Israele* etiam *Jordanem* transiuit *Amasa* constituto super exercitum & castra-metans in terra *Galaad*. *Dauid* c. 18 considerato popu-lo suo, constituit, 1 partem sub *Ioab*: 2 sub *Abisai* & 3 sub *Etbai Gethæo*. *Dauid* volente exercitu mansit in præsidio & oppido *Machanain*. Factum est prælium in saltu *Ephraim*, ita dicto ex quo *Ephraimitæ* sub *Jepte* ibi & ad *Jordanem* ceciderunt, vbi cecidit & *Israel* ad 20000, multoque plures saltus consumpsit. Ipse *Absa-lom* fugiens & e quercu pendens tribus Lanceis a *Ioab* confossum mortuus & aceruo lapidum in saltu coopertus est. Tum *Ioab* cecinit buccinâ continens exercitum, vt parceret multitudini *Israel* fugienti in tabernacula sua. *Dauid* audita morte *Absalom* fluit & luxit eius in pec-cato mortui damnationem, & maluisset ipse in statu gratiæ occubuisse, dato *Absalomo* cum titulo regis spatio pænitentiaæ. Hæc displicuere *Ioab* & exercitui c. 19. *Ioab* regem increpauit & monuit, vt exercitui gratias ageret eique se reconciliaret. Ita fit, & Rex *Dauid* re-ducitur ad *Jordanem* vt transeat eum: & omnis *Iuda* ve-nit vsque in *Galgalam*, vt occurreret Regi, & traduce-ret eum *Jordanem*. *Semei* primus occurrit Regi e *Benia-min*

min ut precaretur pro vita sua ; & ait Rex Semei : non  
 morieris. Miphiboseth etiam occurrit excusans calum-  
 niā a siba seruo Saulis sibi filio Jonatha filij Dauid illa-  
 tam. Benignē auditus est & recepit medietatem agro-  
 rum, mansitque Regi commensalis. Berzellai egit gra-  
 tias Dauidi pro benevolentia quia octogenarius male-  
 bat ad civitatem suam reuerti & ibi mori. Offerebat  
 verò Chamaam filium suum , qui Regem secutus est.  
 Dum Rex transierat Jordanem eratque in Galgalis , oc-  
 currunt viri Israel offensi quod ipsis absentibus nec  
 vocatis viri Iuda reduxissent Regem. Aderat offensis  
 seba primipilus canens buccinā c.20 & dicens : Reuer-  
 terē in tabernacula tua Israel , & fit : Dauid in Ierusalem  
 reuertitur , & 10 concubinas ab Absalom incestatas se-  
 questravit ad mortem, providens de necessarijs. Tum  
 Amasam militiae præfecit , quem de Iuda congregaret :  
 Abisai verò misit cum legionibus Cerethi & Phelethi  
 omnibusque robustis & militibus paratis post Sebam.  
 His egressis, Amasa Ioabo occurrit. Hic eum proditoriè  
 occidit, & perrexit cum fratre suo Abisai post sebam,  
 neglecto occisi cadavere. Seba cum electo milite subsi-  
 stebat in Abela , quam viri Iuda strictè obsederunt &  
 conabantur destruere murum. Tum mulier sapiens pos-  
 tulauit alloquium Ioab dirigentis obsidionem , ei pro-  
 mittens caput seba , quod & abscissum a viris ciuitatis  
 Ioaboque traditum. Hic mox cecinit buccinā & soluit  
 obsidionem dimittendo milites in tabernacula sua ac in  
 Ierusalem ad Regem reuertendo postea. c. 21 facta est  
 fames triennalis in terra. Dauid consulens Dominum  
 audit eam immissam , quia Saul occiderat & delere vo-  
 luerat Gabaonitas contra iuramentum a Josue & Prin-  
 cipibus 12 Tribuum eis præstitum. Hęc videntur facta  
 post quam Samuel corripuit Saulēm , quod Regi Amalec

pepercisset & eum in frusta concidit 1. Reg. 15. 33.  
 Dauid accitis Gabaonitis ad eorum instantiam 7 filios  
 Saulis crucifigendos eis tradit, qui erant duo filij Resphæ  
 & quinque filij Michol seu Merob, quæ vxor fuit Ha-  
 drielis. Miphiboseth & filio pepercit Dauid ob iuramen-  
 tum & promissum Jonathæ factum. Fecerat quidem si-  
 mile iuramentum Sauli 1. Reg. 24. 22 sed illud seruauit  
 parcendo Miphiboseth. Constat Respha hos filios Sau-  
 lis in crucibus custodiuit donec plueret. Tum Dauid  
 cum ossibus Saul & Jonathæ eos sepeliuit in sepulcro  
 Cis. Post hæc 4 adhuc bella mouerunt Philistæi con-  
 tra Dauid. In primo Abisai percussit Iesbienob gigan-  
 tem : In secundo Sobochai Saph gigantem : In tertio  
 Adeodatus Goliath gigantem & in quarto Ionathan filius  
 Samaa monstrosum gigantem habentem in manibus &  
 pedibus sex digitos. Tum cecinit Dauid canticum gra-  
 tiarum actionis, quod modò est Psalmus 17. paucis  
 mutatis. Deinceps in magna pace vixit. c. 23 plerosque  
 Psalms composuit enarrans : Dei mirabilia & benefi-  
 cia : Justorum exaltationem ac signanter familiæ Da-  
 uid : Impiorum punitionem : Iudeorum reiectionem,  
 gentilium electionem, ac Christi & Ecclesiæ ortum &  
 perfectionem. Tandem c. 24 spiritu superbiæ incita-  
 tus Dauid iubet sine causa numerari omnem populum  
 Israel & Iuda. Desuper a Deo per Gad Prophetam cor-  
 ruptus ex 3 plagis oblatis eligit pestem, quæ a iuge sa-  
 crificio matutino ad vespertinum interemit 70000.  
 Tum Dauid orauit vt Deus parceret populo innocentis  
 & percuteret se peccatorem. Sacrificium obtulit in area  
 Ornan seu Areuna Jebusæi loco vbi ædificandum intelli-  
 gebat templum, & Deum placauit. Ecce peccata pu-  
 blica & scandalosa Dauidis seuerè & diuturnè a Deo  
 punita bellis, aljsque incommodis intestinis & exter-  
 nis

nis: fame triennali & peste triduana. *Salomon* ducit vxorem Ammonitidem *Naama*. *Dauid* plenē expiatus præparat i Paral. 22. necessaria ad ædificationem templi: auri talenta 100000: argenti 1000000: æs ferrum ligna cedrina & alia materialia innumerabilia: Artifices & operarios ad superabundantiam, vt templum a *Salomone* ædificaretur, & Arca Domini in illud introduceretur. Hæc recommendauit *Salomoni* & cunctis Principibus *Israel*. *Dauid* senio & laboribus confectus calefieri vix poterat; vnde 3. Reg. 1. *Abisag Sunamitis*, adocescentula vti & virgo pulcherrima facta est vxor Regis *Dauid* per matrimonium ratum. Hæc dormiuit in sinu Regis, qui non cognouit eam, sed *Abisag* ministrabat ei omnia necessaria. *Adonias* senior filius *Dauidis* ex *Haggith* in horto regio seu concluso extra *Ierusalem* ad orientem instruxit conuiuum vocans ad illud omnes filios Regis *Salomone* excepto, & auxilio *Abiathir* ac *Ioab* se Regem salutari fecit oblatis victimis iuxta lapidem *zohéleth*, qui erat vicinus fonti *Rogel*. *Nathan* Propheta hæc nuntiat *Bersabee*, quæ eius suasu accessit *Dauidem* desuper conquerens, & petens vt *Salomonem* constitueret Regem, sicut Deus ordinauerat & Rex *Dauid* *Bersabee* iurauerat. Mox *Salomon* iussu *Dauidis* mulo Regis impositus a *Sadoc* Sacerdote *Nathan* Propbeta, *Banaia* filio *Zoiada*, *Cerethi* & *Phelethi*, ductus est in *Gihon* ad occidentem *Ierosolimæ*, vbi *Sadoc* Sacerdos eum vnxit in Regem, & clangente buccina dixit omnis populus: viuat Rex *Salomon*. Et insonuit terra a clamore eorum. Inde reductus in *Ierusalem* collocatur in Throno regio omni populo felicia cum *Dauide Salomoni* precante. circa hoc tempus videtur *Roboam* fuisse vnius anni, quia 41 anni erat cum regnare cœpit, & *Salomon* regnauit 40 annis tantum. *Ionathas* filius *Abiathar*

ibar hæc omnia nuntiat Adoniam & Conuiuis, qui con-  
 sternati iuerunt singuli vias suas, & Adonias tenuit cor-  
 nu altaris timens Salomonem. Hic educi fecit Adoniam  
 ab Altari, qui adorauit Regem Salomonem sese submit-  
 tens ei. Dixitque ei Salomon vade in domum tuam,  
 quod fecit & se continuuit, Dauid Salomone Rege con-  
 stituto 1. Paral. 23 numerauit Leuita a 30 annis & su-  
 pra, & inuenta sunt 38000. Ex his electi in ministe-  
 rium Tabernaculi & templi ædificandi 24000: præ-  
 positi & Judices 6000: Janitores 4000: Cantores  
 4000. ¶ 27 iuxta præcepta Dauid nouissima nume-  
 rati Lewitæ a 20 annis & supra, quia pax vndique &  
 templum citò ædificandum; vnde non erat opus ut in  
 futurum Leuitæ portarent Tabernaculum & vasa eius  
 de loco in locum. Hinc Dauid c. 24 constituit 24  
 classes hebdomadarias sacerdotales per sortes. Ex fa-  
 milia Eleasari numerosiore 16 classes, & ex familia  
 Ithamar minus numerosa 8. Habebant singuli vices  
 suas bis in anno. Exiuit sors 1 Iohannib 2 Iudei 3 Harim  
 4 Seorim 5 Melchia 6 Maiman 7 Accos 8 Abia 9 Iesu  
 10 Sechenia 11 Eliasib 12 Iacim 13 Hoppha 14 Isbaib  
 15 Belga 16 Emmer 17 Hezir 18 Aphees 19 Pheteia 20  
 Hezechiel 21 Iachia 22 Gamut 23 Dalaian 24 Maazian.  
 Similiter 24 Classes Leuiticæ ex familia Gerson, quo-  
 rum Asaph Princeps: Caath, quorum Heman Princeps  
 & Merari, quorum Ethan seu Idithum Princeps. Hi Can-  
 tores quorum sors 1 Ioseph 2 Godolia 3 zaruch 4 Isari 5  
 Nathania 6 Boccian 7 Isreela 8 Iesaiæ 9 Mathanig 10 Se-  
 nene 11 Asareel 12 Hasabiae 13 Subael 14 Mathathiae 15  
 Ierimoth 16 Hanania 17 Iefbacasse 18 Hanari 19 Mello-  
 thi 20 Helliatha 21 Othir 22 Geddelthi 23 Mahaziath  
 24 Romenthier singuli cum filijs & fratribus duode-  
 ci. Summa 288 Principes & Magistri Cantorum c.

25. 7. Simili modo divisi Janitores Templi c. 26 & Thesaurorum Custodes: vti & c. 23 Ministri Sacerdotum. Assignati tandem c. 27 Principes quorum singuli 24000 Militibus praeerant, & vno mense Regi per annum assistebant. His ita ordinatis, c. 28 David conuocat omnes Principes populi, hortaturque hos & filium *Salomonem*: custodite & perquirite cuncta in nostra data Domini Dei nostri, Dedit *Salomoni* descriptionem porticus & Templi, atriorum exedrarum, diuisionum sacerdotalium & Leuiticarum, sicut a Domino accep-  
pat. Addidit c. 29 pro templo ædificando 3000 talenta auri de *Ophir* & 7000 talenta argenti probatissimi ad deaurandos parietes templi, Davidis exemplo & hor-  
tatu Principes addiderunt auri talenta 5000, & solidos 10000: æris 18000 & ferri 100000. Die sequenti obtulerunt victimas Domino: 1000 tauros, 1000 a-  
rietes, 1000 agnos cum libaminibus suis. Comederunt & biberunt coram Domino in lætitia, & secundo un-  
ixerunt publicè & solemniter *Salomonem* in Regem toto populo præsente & consentiente, & *Sadoc* in Pontifi-  
cem. Completis 40 annis regni David moritur, datis 3. Reg. 2. varijs præceptis *Salomoni* circa *Ioab* *Semei*, & filios *Berzellai*.

*Salomon* solus regnare incipit. Ab hoc *Adonias* per Bersabee petit *Abisag* Sunamitidem in vxorem contra legem *Leuit.* 18. 8 turpitudinem uxoris patris tui non dis-  
cooperies. Quia hoc dolose fecit ut eo stratagemate per reginam obtineret regnum, fauentibus sibi *Joab* Prin-  
cipe militiæ & *Abiathar* Sacerdote, a *Salomone* eodem die iussus est occidi. Eodem negotio *Abiathar* Sacerdo-  
cio summo priuatur, & mittitur in *Anathot* villam Sa-  
cerdotalem, quia cum *Adonia* conspirarat: sicque do-  
mus *Heli* repellitur a Sacerdotio, ut prædictum I. Reg.

2. 31. Hæc audiens *Ioab* ibi timet, fugiens in Tabernaculum, & tenens cornu Altaris. Cum Tabernaculum Mosaicum tum fuerit in *Gabaon* apud servos Tabernaculi *Gabaonitas*, & *Adonias Ierosolima*, dicendum quod fugerit ad Tabernaculum *Dauidicum* pro Arca in Arce *Sion* præparatum, vbi & erat altare Holocauſtorum, Quia *Exod. 21. 14* iubet Deus: si quis per industria occiderit proximum ſuum & per infidias, ab altari meo evelles eum, vt moriatur: merito *Salomon* negavit Asylum *Ioabo*, qui *Abner* & *Amasam* proditoriè occiderat. Igitur auulfus ab Altari occiditur a *Banaia*, qui eius loco princeps militiæ constituitur. Vnâ ſatisfecit *Salomon* præcepto defuncti Patris circa *Ioab*. Parsons obueuit *Semei*. Præceperat ei *Salomon*, vt ædificatâ domo habitaret in *Ierusalem*, nec egredetur huc atque illuc, comminando: quacumqne die *x. 37* egressus fueris, & transieris torrentem Cedron, ſcito te interficiendum. Post annos 3 fuderunt ſerui *Semei* ad *Achis* filium *Macha* regem *Geth*. *Semei* eos inſequitur & reducit de *Geth*. Ut hoc ſciuit *Salomon* iuſſit *Semei* occidi a *Banaia*. Mortuis coniuratis & confirmato regno *Salomon* c. 3 nouam uxorem dicit, filiam regis *Ægypti* factam prius Proſlitam, aliàs non licuiflet. *Salomon* vti populus contra legem *x. 3* in excelsis immolabat & offerebat timiama. In hoc peccauit ut cæteri Reges omnes excepto *Dauide* *Ezechia* & *Iofia*. Cum non exaudiretur abiit in *Gabaon* ad excelsum maximum, vbi erat Tabernaculum Mosaicum, & obtulit 1000 hostias super altare holocauſtorum. Ibi exauditur *x. 6. postula quod vis, ut dem tibi*. *Salomon* postulauit ſapientiam ad iuste iudicandum. Placuit postulatio Deo, & ultra ſapientiam nulli ſecundam, addidit diuitias & gloriam. Reuersus cum Primatibus *Israel* *Ierosolimam*, non amplius in excelsis,

ſed

sed coram Arca fæderis Domini obtulit holocausta & pacificas victimas, fecitque grande conuum cunctis famulis suis. Tunc sapienter adiudicauit veræ Matri filium litigiosum duarum meretricum, alterius filios suffocato in lecto. Annonam c.4 Regi præbebant 12 Præfecti Provinciarum singuli mense suo, nempe: Quotidie 30 cori similæ, 60 farinæ: 10 boues pingues & 20 paucales: 100 arietes & venatio ceruorum caprearum bubalorum, auiumque altilium. Obtinebat omnem regionem, a torrente *Ægypti* ad fluuium magnum *Euphraten*: & habebat 40000 equorum curtillium pro curribus militaribus & vulgaribus & 12000 præsepio equestria pro equitibus. 2. *Paral.* 1. 14 dicitur: facti sunt ei 1400 currus & 12000 equitum, & fecit eos esse in urbibus quadrigarum, & cum Rege in *Ierusalem*. Cum vero *Chanaanæ* non esset ferax equorum, eos meliores coemit in *Ægypto* & *Cœa* seu emporijs famosioribus. Quadriga equorum constabat 600 argenteis, & equus 150. Pro præparandis materialibus ad ædificationem Templi *Salomon* vtitur operâ *Hiram* Regis *Tyri*, ad quem misit plusquam 153000 operarijorū de Proselitis: 80000 latomorum: 70000 onera portantium & 30000 per menses singulos vices seruantium de *Israël*, qui præerant operarijs. Ex his 1000 invigilabant per singulos menses, ita ut uno mense invigilarent operarijs: deinde duobus mensibus rebus domesticis. Præter hos 3. *Reg.* 5. 16 erant 3300 præpositi singulis operibus. Dum 2. *Paral.* 2 ponuntur 3600 Præpositi, supplentur 300 prioribus præfecti. Materialia circa *Tyrum* ratibus imposita deferebantur in *Ioppen*, & inde per terram, *Ierosolimam*. Omnibus præparatis *Salomon* anno 4 regni mense secundo incipiente: 580 ab exitu de *Ægypto* (anni 480 positi 3. *Reg.* 6, aliter expli-

plicandi) cœpit ædificare. Longitudo Templi 60 cubitorum: latitudo 20: altitudo 30. Porticus correspondens in longitudine latitudini Templi lata erat 10 cubitis, alta 120. Oraculum siue Sanctum Sanctorum erat 20 cubitos longum latum & altum: vnde perfectus cubus. *Tirinus* in Mappa terræ Sanctæ ponit substructiōnem Templi *Salomonis* altam 300 cubitis, longam & latam in summitate plusquam 110 calamis, seu 660 cubitis: quia ponit longitudinem muri ambientis atrium extimum 110 calamorum. Hoc est 660 cubitorum seu 990 pedum. Vide apud ipsum scemata Atriorum porticus, Templi, Arcæ, Altarium, mensarum, candelabrorum, Maris ænei basium ac peluum ænearum, & illuminaberis ad intelligentiam Fabricæ totius iuxta modellam a Deo *Dauidi* traditam. Anno 11 mense octavo Templum perfectum est. Anno 12 die 8 *Ethanim* seu *Thisri* conuenit vniuersus *Isræl* ad solemniter celebrandam dedicationem diebus 7, & transferendam arcam 10 die in festo Expiationis. In Arca tantum erant 2 tabulæ *Moyjis*, iuxta Dei præceptum. Tabernaculum cum vasibus antiquis ex *Gabaon* allatum repositum in Gazophilacijs templi & reuerenter custoditum. Absoluta dedicatione alijs 7 diebus celebratum festum Tabernaculorum, & 22 *Thisri* festum Cætus. Rex & populus immolarunt in dedicatione hac 22000 boves & 120000 arietes. Sacerdotes & Leuitæ vocibus & instrumentis musicis benedixerunt & laudauerunt Deum. *Salomon* vtroque genu flexo, & eleuatis manibus in cælum oravit Deum prolixè 2. Par. 6. pro exaudiitione orantium in templo. c. 7 Deus reuelat orationem exauditam: ignis cælestis absunit sacrificia: Meiestas Domini in nube replet templum, quod Deus eligit in locum sacrificij: & exinde fuit illicitum alibi

alibi sine dispensatione sacrificare. *Salomon* 3. Reg. 7 insuper construit Palatia sibi & Reginis, ac domum saltus libani in Armamentarium Apothecam & recreationem t 3 annis. Tum c. 9 dat *Hiram* in remunerationem pro expensis 20 annorum, 20 oppida in *Galilæa* ad usum fructum, proprietate reseruata. Hæc noluit *Hiram*: vnde *Salomon* dedit illi 120 talenta auri in satisfactionem. Sub hoc tempus c. 10 venit Regina *Saba Ierosolimam* ad audiendam sapientiam *Salomonis*, quæ pretiosa attulit & obtulit; at maiora recepit, & tota satisfacta discessit. Quot annos ædificandis Palatiis, tot facile impendit muniendis ciuitatibus. Misit etiam annuè classes nauium in *Indias orientales* seu *Ophir* pro apportando auro ophiriso. Hæc soluebant ex *Afiongabar* ad littus maris rubri instructæ nautis optimis seruis *Hiram*, quibus iuncti serui *Salomonis*. c. 9. 28 attulerunt *Salomonis* 420 talenta auri. c. 10. 14 erat pondus auri quod afferebatur *Salomonis* per annos singulos 666 talentorum per aliam classem. Et 2. Par. 8. 17 abiit *Salomon* in *Afiongabar* & *Elath* ad oram maris rubri, in terra Edom late dicta, cui *Hiram* per manus seruorum suorum misit naues (Tyri iter in *Afiongabar* est terrestre) & nautas, tuleruntque 450 talenta auri: ac c. 9. 13. annuè 666 talenta, præter ligna thyina multa nimis, gemmas pretiosas ebūr, simias & pauos. Siquidem x. 21 naues Regis ibant in *Tharsis* seu mare magnum semel in 3 annis. Pone 3 classes, & annuè ibat vna, ac reuertebatur altera. Tandem c. 11. Multiplicauit vxores quasi reginas ad 700, etiam gentiles: & concubinas ad 300. Per has depravatum cor eius, ac seductum ad Idololatriam etiam. His deliciosé alendis & recreandis, opus erat extraordinarijs tributis, quæ extorsit. Ad delicias quoque maiores vxoris suæ filiæ *Pharaonis* ampliavit

plauit palatum eius, addendo illi partem ciuitatis, coæquatam voraginem *Mello*. Hinc murmur notabile contra *Salomonem* iam effeminatum & Idololatram. *Adad* princeps *Idumæa* in *Ægypto* refugus, reuertitur in *Idumæam* causâ regni recuperandi; sed frustra. Pergit in *Syriam*, & iuncto sibi *Rason Syro*, invadit *Syriam Salomoni* tributariam, fitque rex & hostis *Salomonis*. *Jeroboam* cum oppresso populo, etiam iuste oppōnit se *Salomoni*. *Ahias* Propheta in agro *Jerusalem* occurrit *Jeroboamo*, solus soli: & scisso pallio suo nouo in 12 partes, dixit ad *Jeroboam*: tolle tibi 10 partes, futurus rex super 10 Tribus. Hæc discens *Salomon* voluit occidere *Jeroboam*, qui fugit in *Ægyptum* ad *Sesac* patrem vel fratrem filiæ *Pharaonis* vxoris *Salomon*, manens ibi ad mortem *Salomonis*, qui regnauit annis 40 vixit annis 60 circiter. Salus eius æterna dubia est. Quia Prov. 24. 32 pro: didici disciplinam in vulgata latina; LXX legunt: post hæc ego egi pœnitentiam, multi sperant eum saluatum. c. 12 *Roboam* patre mortuo abit in *Sichem*, vbi omnis *Israël* conveniebat ad creandum eum Regem. Aderat & *Jeroboam* ex *Ægypto* redux. Petunt omnes alleuationem iugi, promittentes cā datā, omnimodam submissionem. Sumpto triduo deliberationis & adhibito consilio Seniorum, qui suauiter: & Juniorum qui dure resolutebant respondendum. *Roboam*, relicto consilio Seniorum, respondit durius de consilio Juniorum. Itaque a 10 Tribubus rejicitur: *Aduram* pro tributo missus lapidatur: ipse *Roboam* fugit *Ierosolimam* ibique congregat 18000 ad cogendas sub se 10 Tribus, a Deo prohibetur & obedit. Inter ea *Jeroboam* rex super 10 Tribus eligitur in *Sichem*. Hic formidans ne populus ter in anno *Ierosolimam* ad festa ascendens, perdetentim ad *Roboam* declinaret: conflat 2 vitulos. Vnum consti-

constituit in *Dan*, postea *Cesarea Philippi*, alterum in *Bethel*, & cogit iō Tribus ad Idololatriam. Ipse met immolat in altari ac festum dedicationis in *Bethel* celebrat i5 *Machesuan*. Addo Propheta c. 13 eō ex *Iudea* missus, prædictis trecentis annis antequam fieret, *Iosiam* regem *Iuda* super eodem altari sacerdotes immolaturum & ossa eorum combusturum. In nōtam veritatis addit scindetur altare & effundetur sīnis eius: regis manus extensa ad Prophetam apprehendendum mox exaruit, & orante Prophetā restituta est. Addo temerē reuersus seducente Propheta de *Samaria* in *Bethel* habitante a leone in via occiditur, ac in *Bethel* sepelitur. *Ieroboam* sacerdotes Domini ejicit, quos *Roboam* benignē suscipit, qui 3 annis bene vixit & egit, anno 4 vxores multiplicat & cum populo Idololatriam committit. Hinc anno 5 venit contra eum usque *Ierosolimam* Sesac rex *Ægypti* c. 14. 25 & eam spoliat. *Roboam* & populo pœnitente *Sesac* recedit in *Ægyptum*. *Roboam* moritur post bellum continuum cum *Ieroboam* nomen matris eius *Naama Ammanitis*. Filius *Ieroboam* *Abia* ad mortem infirmabatur. Pater mittit matrem rusticō habitu indutam ad *Ahiam Silonitem* iam senem, ut consulat de puerō. *Ahias* Prophetat puerum ad ingressum matris moriturum, domum *Ieroboam* delendam *Israelem* auferendum de terra ista, & transferendum ultra flumen *Euphratem*. Ita fit successiū. *Roboam* successit impius *Abia*, qui *Israelem*: 2. *Paral.* 13. 4 sollicitauit ad vniōnem secum, sed frustra: vnde cum 400000 inuocato Domino sacerdotibusque tubis clangentibus ex 800000 profligauit 500000 virorum fortium, captis *Bethel Iesana Ephron*. Et viculis earum. Nomen matris eius *Maacha* filia *Ab-salom*, habuitque 14 vxores. Mortuo succedit pius filius *Asa*, omnes Idolorum statuas aras & phana destruens,

ens, lucos succendens, scorta & effeminatos auferens, ipsam matrem Maacha filiam Absalom imperio remouens & simulacrum Priapi confringens ac comburens cinc-  
resque in torrentem Cedron proijciens 3. Reg. c. 15. anno 2 Asa, mortuo impio Ieroboam, succedit impjissimus filius Nadab. Huic insidiatus est Baasa, dum Nadab & omnis Israel obsidebant Gebbethon urbem Philisthaeorum, & interfecit eum anno 3 Asa, regnauitque pro eo su-  
per omnem Israel in Thersa. ¶ 32 dicitur: fuitque bellum, seu hostilitas inter Asa & Baasa cunctis diebus: prælium verò nullum ante 35 annum Asa, 2. Paral. 15.  
19. anno 15 Asa, Paral. 14. 9. Zara Æthiops cum 1000000 & 300 curribus venit contra Asam paratos habentem 300000 de Iuda & 280000 de Beniamin: simul 580000, Hic Deum auxiliatorem inuocans zara fugat, & spolia magna reportat. Sequentे mense Iuan conuocat populum ad festum Pentecostes: im-  
molatque Domino de præda boues 700 & 7000 oues, iurantque omnes in iubilo epulantes, se seruituros Do-  
mino. Anno 36 regni Asa venit Baasa in Iudeam ca-  
piendo & ædificando Ramam, vt inde posset Iudeos infe-  
stare. Asa in subsidium rogit Benadad regem Syriae, &  
muneribus mediantibus obtinet. c. 16. Benadad capit  
& vastat Ahion Dan Abelmain, & vniuersas vrbes Nepta-  
lim muratas. Baasa hæc audiens Ramam relinquit, vt  
Benadad resistat. Asa curat mox auferri lapides aliaque  
materialia, & restaurat Gabaa Beniamin ac Maspera. Asa  
ob recursum hunc ad regem gentilem a Deo corripi-  
tur per Anani Prophetam, quem ideo Asa in carcerem  
conijcit nec impunè: vnde post 10 annos dolens pedi-  
bus per biennium moritur. Baasa totaliter extinxit Do-  
mum Ieroboam, vti prædixerat ei Ahias Silonites 3. Reg.  
14. 10. Iehu verò Propheta filius Hanani c. 16 præ-  
dicat

dicit Baasa similem deletionem Domus suæ; & totalem excisionem stirpis. Moritur & sepelitur in Thersa, regnatque Ela filius eius pro eo qui occidit Iehu filium Hanani Prophetam. Elam anno 2 in Thersa epulantem occidit zamri seruus eius & dux mediæ partis exercitus. Hic interfecit omnem cognitionem Baasa. Amri dux militiæ obsidebat Gebbethon. Militia intelligens Elam regem a zamri occisum eligit Amri in Regem, soluent obsidionem Gebbethon, ad obsidendum zamri in Thersa. Hic effugium non videns, palatum incendit seque cum domo sua igne consumit. Amri regnat 6 annis in Thersa, & 6 in Samaria, quam auxit muniuit ac sedem regiam ibi constituit. Succedit impissimus filius Achab, qui idololatram Jesabel filiam regis Sidonis duxit uxorem anno 38 regni Asa. In huius gratiam erigit templum Baal in Samaria aram & Sacerdotes lucumque constituit, & præter vitulos Jeroboam, Baal colit & adorat. Altaria Domini in excelsis destruit ac Prophetas Sacerdotesque omnes occidit, exceptis 100 per Abdiam dispensatorem domus Achab absconditis in 2 speluncis. Sub Achab reædificatur Jericho per Hiel de Bethel. Dum ponit fundamenta moritur Abiram primogenitus suus, & dum posuit portas Segub nouissimus filius iuxta vaticinium Jofue. Elias Propheta e Thesbi ciuitate Galaad c. 17 orat Deum, vt in pœnam tantæ Idololatriæ non pluat super terram Israel, & exaudiatur. Nuntiat id regi Achab in Samaria & abit ad torrentem Carith, ubi pascitur a coruis & aquam bibit. Torrente siccato mittitur sareptam Sidoniæ pascendus miraculose a vidua paupercula, cuius postea unicum filium defunctum resuscitauit. Elapsis 3 annis & medio Elias prodit in publicum, & primò Abdiæ dispensatori, dein ipsi Achab herbas iumentis querentibus c. 18 occurrit.

currit. Exprobrat ei, quod ob abominandam vitam & Idololatriam domus suæ *Israël* affligatur & patiatur. Pro statuenda certitudine cultus postulat ut *Israël* & Sacerdotes *Baal* conueniant in monte *Carmelo*. Ibi hī vnum, & ipse alterum mactet bouem in holocaustum, igne cælitus dando post oblatas respectiè preces, concremandum. Populus ait : *optima propositio.* 450 Sacerdotes *Baal* & 400 luci *Jesabel*, parant bouem & ligna, orantque a mane ad meridiem frustra : *Baal exaudi nos.* Tum *Elias* ex 12 lapidibus altare erigit, bouem lignis imponit, aquâ ter bouem & ligna iubet perfundi, orat Deum, & mox ligna cælesti igne inflammantur. Omnes in terram prostrati clamant : Dominus est Deus, non *Baal*. Apprehendunt 850 Prophetas, ad torrentem *Cison* ducunt & occidunt *Eliā* mandante. tum monet regem *Achab* cibum sumere ante instantem pluuiam. *Elias* in *Carmeli* vertice pronus orat, pluuiam citò impetrat regemque sequitur usque in *Jesrael*. *Jesabel* auditâ Sacerdotum *Baal* & luci morte, minatur *Eliā* mortem. Hic fugit in desertum *Bersabee* c. 19. Ibi petit a Deo ut moreretur decumbens sub Junipero. At ab Angelo bis subcinericio pane confortatus itinere 40 dierum ad montem Dei *Horeb* mittitur, ibique in spelunca latitat. Mox Deus ei mandat ut reuertatur in *Chanaan* ad exterminationem Idololatriæ : vngat *Hazael* in regem *Syria*, quod factum postea per *Eliseum*: *Jehu* in Regem *Israël*, quod factum postea per *Eliseum* puerum : & *Eliseum* assumat in discipulum ac ministrum & Prophetam post se. Promptè reuertitur *Eliseum*que assumit. Regi *Aſa* anno 41 regni defuncto 2. Paral. 16. 13 succedit c. 17 pius filius *Josaphat*, qui mox sustulit excelsa Idolorum, lucos & abominaciones. Excelsa Domini commodè tollere non potuit.

an. 3 regni misit Principes, Sacerdotes & Leuitas cum libro legis, ut docerent populum. Omnes vicini deferebant ei munera, nullus contra illum bellare præsumebat. Bellatores habebat 1180000, exceptis præsidia-rijs in vrbibus muratis. c. 18 Josaphat affinis fit Regi Achab, dum Ioram filius eius dicit vxorem Athaliam Sororem Ochosiae filiam Achab & Iesabel.

Benadad rex Syriae an. 16 Josaphat 3. Reg. 20 cum 32 regibus obsedit Samariam, & ad extrema adegit. Deus per Prophetam ad Achab missum prædictit ei victoriam obtinendam per solos pedissequos Principum Provinciarum 232. Post hos & Achab in Meridie exierunt 7000 viri: percussit in accessu Achab & quisque pedissequus hostem sibi occurserem, & fugerunt Syri, anno 17 redeunt, ut Propheta prædixerat, & in campis stribus Aphec ceduntur 100000, ac 27000 ruinâ muri Aphec opprimuntur. Benadad rex mittit nuntios ad Achab misericordiam implorans & vitam, ac promittens in præsentia optima quæque. Itaque viuus dimittitur. Cito Deus per Prophetam Achab increpat; quod virum dignum morte dimisisset, & pænam talionis exigit: erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Achab audire contempsit, & furibundus venit in Samariam, deliciarum causâ c. 21 vineam Naboth Iesraelitæ postulat, quia vicina horto suo. Erat hæreditas paterna, nec Naboth dare poterat. Igitur factione impiæ Iesabel Naboth per subornatos falsos testes accusatur blasphemiae contra Deum, & extra urbem lapidatur. Hæc nuntiat regi Iesabel, & rex pergit ad possidendam vineam. Occurrit ei monitu Dei Elias prædicens: in loco hoc, in quo linixerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum... canes comedent Iesabel in agro Iesrael. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate.

comedent eum canes, si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cali. Addebat: vniuersam progeniem Achab delendam, vti progenies Ieroboam & Baasa. His auditis, Achab humiliatus Deum deprecatur, & differunt executio pænæ post mortem eius. Iosaphat anno 20 regni sui inuisit affinem suum Achab in Samaria. Hic postulat vt secum a Syris extorqueat Ramoth Galaad. Consentit Iosaphat, si consultus Dominus annuat. Pseudoprophetæ Achab 400 prospera omnia prædicunt: solus Micheas a Iosaphat vocatus prædictit mortem Achab, & dispersionem populi: addens pseudoprophetas habere spiritum mendacij. Fit prælium, Achab occiditur, auctur & in Samaria sepelitur. Cum verò currus circa Iesrael in piscina ablueretur, lambabant canes sanguinem eius. Succedit Ochosias, impius in ipso, & cultor Baal vti pater & mater. Iosaphat reuertitur Ierosolimam, ibique a Iehu filio Hanani increpatur, quod præbuisset in ipso Achab auxilium 2. Paral. 19. Zelum resumit: Judices monet seruare iustitiam. Sacerdotes & Leuitas promouere cultum Dei & instruere populum in lege. Ad Judices ait ¶. 7 sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite, non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. Ad Sacerdotes & leuitas: sic agetis in timore Domini fideliter & corde perfecto. Omnem causam quæ venerit ad vos fratribus vestrum, qui habitant in urbibus suis inter cognationem & cognationem, ubicumque quæstio est de lege de mandato & remonij de iustificationibus ostendite eis, vt non peccent in Dominum. Postea Moabitæ Ammonitæ, & Idumæi c. 20 insurgunt contra Iosaphat & castrametantur in Engaddi. Hic cum populo multiplicat orationes ad Deum, qui per Prophetam dicit ¶. 17 confidenter state & videbitis auxilium

auxilium Domini super vos : ô Iuda & Ierusalem nolite  
 timere nec paucatis, cras egrediemini contra eos & Dominus  
 erit vobiscum. Leuitis praecedentibus exercitum & cantan-  
 tibus : Confitemini Domino , quoniam in æternum miseri-  
 cordia eius, Moabite & Ammonite occiderunt Idumæos, &  
 deinde se invicem. Iosaphat per exercitum triduo au-  
 fert spolia , & reuersus Jerosolinam, agit gratias Deo in  
 Templo pro obtenta tam miraculosa sine pugna victo-  
 riâ. Anno 21 Iosaphat & Ochosias classem pararant in  
 Asiongabar , vt ad Ophir Indiae Orientalis nauigantes, ap-  
 portarent inde aurum 3 Reg. 22.49. Hæc classis in portu  
 perijt per tempestatem , Deo imprecante hoc signo  
 societatem Iosaphat cum impio Ochosia : hinc iterum  
 rogatus recusauit societatem. Idem Ochosias Samariae  
 lapsus per cancellos cœnaculi sui, & inde 4. Reg. 1 gra-  
 uiter ægrotans mittit nuntium ad consulendum Bethse-  
 bub idolum Accaron. Elias Dei iussu occurrit nuntio in  
 via , denuntians ei mortem instantem Ochosiae. His au-  
 ditis Ochosias mittit ad Eliam Principem cum 50 mili-  
 tibus , vt eum e monte ad se adducant : sed semel &  
 iterum ad preces Eliæ ignis cœlestis deuorat Principem  
 cum 50 suis. Tertius Princeps sibi & suis vitam modestè  
 deprecatur & impetrat, ac Eliam e monte ad Ochosiam  
 conducit. Elias iteratò mortem annuntiat , & moritur  
 Ochosias . qui non habebat filium ; vnde regnat Ioram  
 frater eius pro eo: hic sustulit statuas Baal. non autem vi-  
 tulos aureos Ieoroboam. sub Ioram Elias , cum Eliseo mi-  
 raculosè transito Iordanem ... c. 2. igneo curru rapitur in  
 paradisum, seu locum ignotum , relieto suo pallio cum  
 duplice spiritu, discipulo suo Eliseo, qui exinde cepit mi-  
 racula patrare, Iordanem sicco vestigio transeundo aquas  
 Iericho immiscendo sal sanando : terræ sterilitatem tol-  
 lendo : in pueros 42 prepe Bethel clamantes , ascende-

calue, vrsos immittendo : aquas tribus regibus sine pluia adducendo & c. 3. victoriam contra Moab promittendo. Mesa rex Moab debebat regi Israel tributum annum 100000 agnorum & 100000 arietum. Mortuo Achab recusauit hoc Israeli. Ioram rex Israel & Iosaphat rex Iuda pergunt cum exercitu in Idumæam & Idumæa Duce, Iude tributario coassumpto, pergunt per desertum Idumæa contra Moab iter 7 dierum : dum deficiebat aqua. Hanc ad preces Elisei Deus dedit , quæ hostibus sanguis videbatur : vnde dicebant , reges pugnarunt contra inuicem , perge ad prædam Moab. Perrexerunt & totaliter cæsi sunt, ac ciuitates captæ tributumque reobtentum. Habitatio Elisei erat in Iericho vel prope : sed & alibi circuibat. Pauperculæ viduæ multiplicationem olei impetravit ad creditoribus soluendum : sunam frequenter c. 4 transiens hospitæ suæ filium impetravit, quem postea mortuum resuscitauit: in Galgalis famis tempore pulmenti amaritudinem immisâ farinâ dulcorauit & multiplicauit : Samarie Naaman principem militiæ regis Syriae c. 5 a lepra mundauit, mandando : Lauare septies in Jordane , & ab Idololatria, eum ad Deum verum conuertendo & permitten- do ut regi cultum politicum exhiberet in templo Idoli Remmon. Eliseus recusarat munera oblata , sed Giezi discipulus eius ea recepit, vnde & leprâ Naaman inficitur cum posteritate : In mansione noua circa Jordaniem c. 6 ferrum securis submersum natare fecit & Regi Israel omnia stratagemata hostis sui Regis Syriae tempestiuè detexit , qui hostem vbique præuenit. Hinc indignatus rex Syriae misit milites ad cingendum Dothaim & capiendum Eliseum ibi existentem. apparuit Eliseus in medio equorum & curruum igneorum : hostes audientiâ percussos duxit in medium Samariam, oculos- que

que aperuit , tum bene pastos in *Syriam* remisit. Itaque Benadad congregat copiosum Exercitum, & arcte obsidet *Samariam* ¶. 24. Fames extrema enecabat incolas , ita ut matres comederent filios. Rex *Ioram* haec imponens *Eliseo* nititur eum occidere sicut *Achab* & *Iesabel* *Eliam*. Prædicit *Eliseus* pro die sequenti tantam abundantiam in *Samaria* , vt modius similæ vno statere venalis esset in porta *Samariae* , & Duci incredulo dicit c. 7. *videbis oculis tuis* , & *inde non comedes*. Nocte sequenti diuinitus fugatur hostis omnibus relictis. Leprosi extra *Samariam* habitantes sub noctem transeunt ad castra *Syriae* , quæ situri panem & , neminem inueniunt, sed materiam prædæ copiosam. Hæc annuntiant in *Samaria*: exeunt *Samaritani* & inferunt summam abundantiam frumenti in ciuitatem. Tum dux incredulus præterat illi portæ , vbi a multitudine conculcatus est. Verè requieuit super *Eliseum* spiritus duplex *Eliæ* quoad Prophetias & miracula. Benadad rex *Syriae* occasione confusionum bellicarum afflictus , grauiter infirmabatur, & vexatione dante intellectum c. 8 per *Hazaël* consulebat *Eliseum* , an euadere posset de infirmitate hac. *Eliseus* respondit: sanabilem esse, attamen breui moriturum , morte nempe violenta , *Hazaelem* verò regem *Syriae* fore , multaque mala facturum *Israeli*. Nuntiauit *Hazaël* Benadad regi, *Sanaberis*. Altera tamen die eum stragulo aquâ madefacto ad refrigerandum , suffocauit & pro eo regnauit. *Eliseus* prædixit etiam septennem famem , & suasit *Sunamitidi* & filio eius resuscitato peregrinationem in terram *Philistiorum*. Hæc reuersa ad propria recuperauit a rege *Ioram* agros suos & reliquam possessionem ac reditus ¶. 6. Non hæsit 7 annis in *Philisthaea*. *Ioram* alter de *Iuda* filius *Iosaphat* duxit uxorem *Athaliam* filiam impij *Achab* & *Iesabel*. Hic regnat

regnat biennio cum patre & 6 annis solus. Suas uxoris Athaliae occidit 6 fratres suos & varios Principes Iuda. Fabricat Idola & colit, populumque colete compellit. In pñnam peccatorum Idumæa fit ei rebellis, & constituit sibi regem. Rebelligit & Lobna ciuitas regia & leuitica in Iuda. Ioram 2. Paral 21. 9 ab Idumæis circumdatuſ pugnat & victor euadit, sed equidem rebellio Idumæa continuatur, & impletur Prophetia Isaaci Gen. 27. 40 ad Esau: viues in gladio & fratri tuo seruies, tempusque veniet, cum excutias & soluas iugum eius de cœruiſibus tuis. Huic Ioram allatae sunt litteræ ab Elia Propheti e paradiſo ſuo missæ, arguentes Idololatriam eius & fraticidium, ideoque Prædicentes pefſimo morbo eum moriturum, regnumque diripiendum. Itaque veniunt Philistæ & Arabes, terramque Iuda vastant, uxores ac ſubſtantiam auferunt & filios occidunt excepto iuniore Ioachas. Ioram alii fluxu insanabili bienio torquetur & moritur, ac ingloriè ſepelitur. Succedit filius Ochosias ſeu Ioachaz vno anno regnans, & cum Ioram rege Israël contra Ramoth Galaad prælians. Ioram a Syris grauitér vulneratus redit in Israël & Ochosias cum eo. Interea Elifeus mittit puerum ſeu Discipulum ſuum ad Principes exercitus apud Ramoth Galaad, vt vngerer 4. Reg. 9 Iehu Principem in regem Israël ad delendam domum Achab. Ita fit, & Iehu vnguis ac rex proclamatus in exercitu pergit citiſſimè versus Iesrael, occidit Ioram regem ſibi occurrentem, corpusque in agrum Naboth coniici iubet, fugientem Ochosiam percuti imperat, qui in Mageddo moritur. Iesabel mandante Iehu intrante ciuitatem Iesrael præcipitatur e fenestra, vngulis equorum conculcatur & a canibus deuoratur. Cadauer Ochosiae Ierosolimis ſepelitur, eo quod nepos eſſet pij Iesaphat. His ita actis Iehu ſcribit Primatibus

*Samarita*, vt regem eligant meliorem e 70 filijs *Zoram*.  
 Hi non audent. Petit ergo vt capita 70 filiorum *Io-*  
*ram* sibi in *Iesrael* transmittant, & sit. Deinde *Iehu* c. 10  
 percussit omnes de domo *Ahab* in *Iesrael* & *Samaria* ac  
 42 Principes *Iuda* in Camera Pastorum circa *Samariam*.  
 Hi nepotes erant, seu filii fratum *Ochosia* ab *Arabibus* oc-  
 cisorum, postea callide conuocat ad fanum *Baal* omnes  
 sacerdotes *Baal* sub prætèxtu cultus eosque ad vnum  
 vñque occidit, statuas comburit, fanum destruit ac la-  
 trinas ex eo facit. Ob hæc regnum *Israel* ei promitti-  
 tur ad quartam generationem & datur annis 122. Quia  
 verò cultum vitulorum continuauit, Deum grauiter  
 offendit, vnde *Hazael* rex *Syria* percussit *Israelem* trans  
*Jordanem* in tribu *Ruben*, *Gad* & dimidia *Manasse*. Insu-  
 per *Ioachaz* successor & filio *Iehu* præualuit *Hazael*  
 cunctis diebus: sed *Ioas* nepoti *Iehu* succubuit. Huic &  
 succubuit *Benadad* *Hazaelis* filius ac successor in regna  
*Syria*.

Sub *Iehu* rege *Israel*, & probabiliter anno eius tertio  
*Jonas* Hebreus e *Geih* de tribu *Zabulon* oriundus a Deo  
 mittitur vt prædicet libidinoso *Sardanapalo* *Aßiriorum*  
 vltimo Monarchæ & *Niniuitis* excidium. *Jonas* iuuenis  
 horrens tam odiosam commissionem fugit committendo  
 se naui in mari mediterraneo & soluit e portu *Ioppensi*,  
 vix nauis enauigarat in altum & ecce tempestas extre-  
 ma minatur omnibus vitæ periculum. *Jonas* interim al-  
 tum dormiebat. Excitatus a nautis vt inuocaret Deum  
 suum, fatetur sui causâ immissam tempestatem, pe-  
 tit mitti in mare vt cesset ab ipsis tempestas, & tempe-  
 state accrescente in mare mittitur. Deus *Jonas* misertus,  
 cete adducit, qui *Jonam* ore excipit ac stomacho, ac  
 conseruat ad diem tertium. *Jonas* in ventre ceti vixit  
 miraculosè, & Deum piè deprecatus est pro liberatione

& exauditus est, ac a ceto electus in littus Joppense, cum circa Joppen mari iniectus sit. Accipit iteratum mandatum a Deo de prædicando Niniuitis excidio & obedit, eundo e Judæa per Mesopotamiam in Niniuen & clamando ibidem: adhuc quadraginta dies & Niniue subueretur. Minæ hæ conditionatæ erant: si nempe continuarent peccata sua in cælum clamantia. Niniuitæ crediderunt Jonæ prædicanti: rex ipse indixit pænitentiam publicam, quam omnes cum ipso impleuerunt & misericordiam obtinuerunt. An omnes ad Deum verè conuersi & iustificati, quis dicet? Aliquos verè fuisse iustificatos credibile est. Annis 17 pæna dilata est; & relapso regi & populo in vitia & libidines priores, inficta est, dum Arbaces Præfectus Medorum sollicitatis ad rebellionem Ducibus, & præcipue Phulbelocho Babyloniam Præfecto Regem in Niniue biennio obsedit, Niniuem vastauit, Monarchiæ Assiriorum magnam partem transstulit ad Medos, primusque rex Medorum factus est anno 863 ante Christum: & regnauit 28 annis. Phulbelocho reliquit Niniuen & Assiriæ portionem, & Beleso Babyloniam Præfecturam consentiente Phulbelocho sine tributo. Ab hinc incipit Monarchia Medorum & Persarum duratura 533 annis.

Athalia mater Ochosiae occiso per Jehu filio suo 4. Reg. 11 tyrannicè occidit omne semeni regium Davidicum, usurpans sex annis regnum Juda, dum Jehu eam excluderat omni spe regni paterni Israel. Spoliat a principio templum Salomonis, & ditat sanum Baal quem colebat. Josabet soror Ochosiae amita Joas, vxor Joiada Pontificis saluauit cum nutrice Joas Ochosiae filium viius anni, quem sex annis clam nutriuit in pastophorijs templi. Tum Joiada Pontifex auxilio Principum militum & Leuitarum in templo bono modo congregatorum,

Ios. hæredem regni 7 annorum in templo coronat vngit salutatque regem omnibus acclamantibus & lætan-  
 tibus. Athalia accurrens auditio rumore, iussu Ioiada occiditur extra templum; fanum Baal destruitur: alta-  
 ria & simulacra confringuntur: sacerdotes Baal interficiuntur: cultus Dei restituitur ac templum restaura-  
 tur ex pecunia collecta in gazophilacio, spontaneè obla-  
 tâ vel pro sanitate aut animâ iuxta legem Exod. 30. 12  
 persolutâ. Ioiada Pontifice post 130 annos vitæ, vitâ  
 fundo c. 12. Ios a Principibus & Consiliarijs prauis  
 seducitur ad Idololatriam: Prophetas a Deo missos ad  
 increpandum contemnit. Zachariam filium Barachiæ seu  
 Ioiada per populum lapidari iubet inter templum & al-  
 tare holocaustorum in atrio. Hic moriens orabat: vi-  
 deat Deus & requirat, 2. Paral. 24. Nec dormit vindicta. Hazael rex Syriae venit contra Geth & cepit eam  
 4. Reg. 12. Et direxit faciem suam ut iret in Ierusalem. Tum Ios omnes thesauros templi & palatij misit Hazaeli, vt reuenteretur in Syriae, qui recessit a Ierusalem pro tunc. Anno sequente redit Hazael, Judæos debellat, Principes occidit, ipsum Ios ignominiosè tractat & in magnis languoribus relinquit. Hic tandem a seruis suis Iosachar seu sabat, filio Semmaat Ammonitidis, & Iosabat filio Somer seu Semerit Moabitidis, in domo sua Mello & lectulo occisus est ac sepultus in ciuitate David cum Patribus suis, sed non in sepulchris regum. Succedit Amasias filius eius, qui confirmato regno 2. Par.  
 25 iugulauit seruos imperfectores patris sui, non tamen filios eorum Lege id vetante Deut. 24. 16. In principio regni fuit bonus in conspectu Domini, sed excelsa non abstulit. Idumæos regem naestos iterum subiugatus conduxit 100 talentis argenti 100000 robustorum militum de Israel. Hos Prophetâ monente dimittit, &

pugnat cum suis 300000 de Iuda & Benjamin, deletsque 20000 Idumaeos & reuertens confert Idola Idumaeos ac colit. Desuper à Propheta increpatur morsque ei prædictitur. Initio itaque pessimo consilio repetit a Ioas rege Israel regnum 10 Tribuum, vel offert prælium, Rex Israel cum exercitu congreditur in Bethsames Iuda, ubi Amasias superatur & capit, in Ierusalem reducitur: murus Ierusalem destruitur a porta Ephraim usque ad portam Anguli 400 cubitis, omne quoque aurum & argentum & vniuersa vasa domus Dei & regiae auferuntur cum filijs obsidum in Samariam. Postea proprij subditi tetenderunt insidias Amasie in Ierusalem, qui fugit in Lachis, quod eum insecuri sunt & occiderunt, ac reductum in Ierusalem sepelierunt cum Patribus suis. Succedit ei sub Tutoribus puer sex annorum AZARIAS seu Ozias.

Retrocedamus nunc ad Ioas regem Israel. Hic Eliseum infirmum & moriturum visitauit plorans & dicens  
 4. Reg. 13. 14 Pater mi Pater mi currus Israel & auri-gae eius. Eliseus prædictit ei tres victorias contra regem Syriae Benadad filium Hazael. Has obtinuit Ioas & cepit vrbes quas perdiderait Joachaz pater suus: Ioas moritur anno 15 Amasie regis Iuda, & succedit Ieroboam II filius eius. Hic c. 14. 25 restituit terminos Israel ab introitu Emath usque ad mare Solitudinis mortuum, iuxta sermonem Domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi Prophetam, qui erat de Geth quæ est in Opher. Idem prædicauit in Niniue: Sed hæc eius Prophætia intercidit de Ieroboam. Azarias seu Ozias 16 annorum, 10 annis post mortem Patris regimem inchoat, & facit quod placitum est coram Deo: Hinc viatoriis diues. Præualuit 2. Par. 26. 6. Philistæis destruendo muros Geth Iabnia & Azoti: Arabibus qui habitabant in

*in Gurbaal & Ammonitis.* Obtinuit ciuitatem Elath ad mare rubrum , eamque Iudea restituit & ædificauit : insuper ædificauit turres in Jerusalem super portas anguli & vallis ac in solitudine , effoditque cisternas plurimas ad pecora adaquanda : multas insuper ultra Ierosolimam muniuit ciuitates . Tandem vi<sup>to</sup>rijs elatus , voluit  $\psi$ . 16 offerre incensum super altare Thymiamatis , ingrediendo sandum templi . Dum Pontifici & Sacerdotibus se opponentibus tantæ temeritati resistit , a Deo lepiâ punitur , & terræ motu totus consternatur , habitans in domo separata , & regimen Joathan filio relinquens donec moreretur , dum sepultus est in agro regalium sepulchrorum  $\psi$ . 23 eo quod esset leprosus , non autem in regalibus sepulchris .

*Ionas fructuosæ prædicauit Niniuitis gentilibus , & fuit quasi prodromus Prophetarum ad Hebraeos , quia ante Osee prospera prædicauit de Ieroboam II in senectute sua 4. Reg. 14. 25 ipse restituit terminos Israel ab invictu Emath usque ad mare solitudinis seu mortuum , iuxta sermonem Dæmini Dei Israel , quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi Prophetam . Prophetæ ad Hebraeos arguunt Idololatriam , libidinem & alia peccata Hebraorum iterata & nimium continuata , atque comminantur captiuitates instantes nisi resipiscant : 10 tribubus Assiriacam: 2 Babilonicam . Nec parcunt Gentilibus , sed his excidia omnimoda comminantur ob peccata sua . Captiuitates & seruitutes hæ , figuræ sunt captiuati peccatoris sub seruitute diaboli , a quâ Messias venturus liberaret . Hinc Prophetæ comminando tristitia , hinc inde læta miscent de Messia , Ecclesiâ gratiâ , gloriâ &c.*

Anno 2 Ozia seu Azaria regis Iuda , & 14 Ieroboam II regis Israel Prophetare cepit Osee filius Beeri , & per-

rexit sub *Ioathan Achaz & Ezechia*, vixitque centum annis ad minus. Potissimum comminatur 10 tribubus captiuitatem *Affyriacam*. Quia Prophetiæ hæ impletæ sunt, patet sensus earum litteralis, nec operosè explicandus. c. 1. *Sume tibi vxorem fornicationum & fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra Israel a Domino .... & quiescere faciam regnum domus Israel, accepit Osee Gomer filiam Debelaim, quæ peperit ei 2 filios & filiam tristia suo nomine prænuntiantes : sed læta a ϕ. 10 temporibus futuris immiscentur.* Si Osee non duxerit Gomer in vxorem, tum Deus dispensauit in præcepto : *Non Machaberis cum eis.* c. 2 Deus minatur regno *Israel* adulteranti repudium & tribulationes graues ad tempus, ut resipiscat & reuertatur ad Dominum. Tum reconciliabitur, & magna felicitate donabitur. Vnde c. 3 iubetur Osee diligere vxorem factam adulteram & dilectam alteri, sicut Deus diligit *Israel* non obstante Idolatria : sed multis diebus debet adultera expectare sedens solitaria : sicut *Hebrei* diu debuerunt expectare reductionem e captiuitate. c. 4 exponit peccata *Israelitarum* : *Maledictum & mendacium & homicidium & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit ϕ.* 16 sicut vacca lasciviens declinavit *Israel* particeps idolorum Ephraim. Causa peccatorum tantorum ignorantia populi, & malitia Sacerdotum adulantium peccatoribus ut ab ijs hostias acciperent ϕ. 8 peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. c. 5 *Audite hoc sacerdotes & attendite domus Israel & domus regis auscultate .... fornicatus est Ephraim contaminatus est Israel ϕ.* 5 *Israel & Ephraim ruent in iniquitate sua, ruet etiam Iudas cum eis, quia vos Sacerdotes & Primores laqueum dati scandali posuistis. Hinc ϕ. 8 clangite buccinā in Gabaa, tubā in Rama*

Rama ululate in Bethauen , & convertimini . Tum  $\psi$ . 15  
 vadens reuertar ad locum meum , donec deficiatis & queran-  
 tis faciem meam . Ita fit c. 6 in tribulacione sua mane con-  
 surgent ad me dicentes : venite & reuertamur ad Domiu-  
 num , quia ipse cepit & sanabit nos , percutiet & curabit nos .  
 Viuiscabit nos post duos dies , in die tertia fuscitabit nos &  
 viuemus in conspectu eius , nempe Messiae . Sed ecce duri-  
 tia Israel , quem dolauit in Prophetis , sed sicut Adam trans-  
 gressi sunt pactum , præuaricati sunt : Galaaditæ in via  
 occiderunt proficiscentes in Ierusalem ad adorandum .  
 Cum sanare vellem Israel c. 7 reuelata est iniquitas E-  
 phraim & malitia Samaria . Egyptum invocabant  $\psi$ . 11 .  
 ad Assyrios abierunt , nec reuersi sunt , ad Dominum De-  
 um suum , & non quæsierunt eum in omnibus his .  
 Ideo c. 8 . 5 proiectus est vitulus tuus Samaria ....  $\psi$ . 8  
 deuoratus est Israel , nunc factus est in Nationibus quasi vas ,  
 immundum quia ipsi ascenderunt ad Assur  $\psi$ . 13 ipsi in Ä-  
 gyptum convertentur . Prædicitur Israeli famæ & captiu-  
 itas c. 9 area & torcular non pascet eos , & vinum mentietur  
 eis . Non habitabunt in terra Domini , reuersus est Ephra-  
 im in Ägyptum , & in Assyrijs pollutum comedit . Ägyptus  
 congregabit eos , Memphis sepeliet eos .  $\psi$ . 9 profundè  
 peccauerunt sicut in diebus Gabaa . Pæna iusta  $\psi$ . 14 da  
 eis vuluam sine liberis & ubera arenaria  $\psi$ . 6 quod & si ge-  
 nuerint interficiam amantissima vteri eorum . Abiçiet eos  
 Deus meus , quia non audierunt eum , & erunt vagi in na-  
 tionibus propter idolatriam . c. 10 . 5 vaccas Bethauen  
 soluerunt habitatores Samaria , vitulos aureos Ieroboam ....  
 & ipse in Assur delatus est munus regi ultori . Idolatria  
 hæc Israelis inolita  $\psi$ . 9 ex diebus Gabaa peccauit Israel .  
 Et  $\psi$ . 13 arastis impietatem , iniquitatem messuistis , co-  
 medistis frugem mendacij : quia confisus es in vijs tuis in  
 multitudine fortium tuorum , Consurget tumultus in populo

tuo, & omnes munitiones tuae vastabuntur, sicut vastatus est  
 Salmana a domo eius, qui iudicauit Baal in die prælij matre  
 super filias allisâ. Sic fecit vobis Bethel, propter scelerâ  
 hæc c. 11. § non reuertetur in terram Ægypti, & Assur  
 ipse rex eius, qui antea hostis, quoniam noluerunt con-  
 verti. ¶ 8 Quomodo dabo te sicut Adam, ponam te ut Se-  
 boim? tristia huc usque. Læta in nouissimis tempo-  
 ribus ¶ 10 post Dominum ambulabunt, auolabunt quasi  
 avis ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum,  
 Tribus Iuda a fidelitate laudatur ¶ 12 Iudas autem testis  
 descendit cum Deo, & cum leuitis sanctis fidelis. Israelitæ  
 comminationibus Prophetæ Osee parum mouebantur.  
 Fidebant suppetijs Ægyptiorum & Assyriorum, neglecto  
 recursu ad auxilium diuinum. Hinc c. 12 Deus monet,  
 quod hoc agendo pascant ventum, sequantur æstum,  
 mendacium & vastitatem multiplicent: culpat ingrati-  
 tudinem Hebreorum, Galaad Idololatram. Eo hæc  
 excreuit, ut & homines immolarent vitulisaureis c. 13  
 his ipsi dicunt: immolate homines vitulos adorantes. ¶ 9  
 perditio tua Israel peccata tua: tantummodo in me auxi-  
 lium tuum dum pœnitentibus vobis miserebor ¶ 14 ero  
 mors tua o mors, morsus tuus ero inferne. Et quia Samaria  
 Israeli fuit prævaricationis exemplum, ideo c. 14 præ-  
 dicitur: pereat Samaria ... paruuli eorum elidantur &  
 fæta eius discindantur. Præmissis tot comminationibus,  
 quæ conditionatæ, reuocat Israelem ad se: convertere  
 Israël ad Dominum Deum tuum, quoniam corruisti in ini-  
 quitate tua conuertimini ad Dominum & dicite ei: omnem  
 aufer iniquitatem. accipe bonum, & reddemus vitulos la-  
 bicrum nostrorum Assur non saluabit nos, super equum non  
 ascendemus nec dicemus ultra. Dij nostri opera manum  
 nostrarum. Repente propitius est Deus: sanabo contrito-  
 nes eorum, diligam eos spontaneè, quia auersus est furor

mens ab eis **v.** 9 Ephraim quid mihi ultra Idola? ego exaudiam, & dirigam eum ego ut abietem virentem: ex me fructus tuus inventus est. Quis sapiens & intelliget ista? transit enim Propheta ad Messiam Christum, populumque Christianum, qui ambulabit in vijs rectis Domini, pruaricatores vero corrueant in eis nempe Hebrai potissimum.

Anno Oziae 12. Ieroboam 25 Prophetare incipit Joel. Hic praedicit Iudeis in peccatis Israel ambulare incipientibus captiuitatem Babilonicam per erucam, locustam, bruchum & rubiginem: Hoc est per varias hostium deuastationes grauiores & grauiores. Eruca, Nabuchodonosor senior: locusta iunior anno suo primo, bruchus idem an. 9. Rubigo idem an. 19 mittere Nabuzardan. c. 1 praedicitur executio: gens enim ascendit super terram meam fortis & innumerabilis. Dentes eius ut dentes leonis, & molares eius ut catuli Leonis. Ad auertendam gentem & plagam hanc Deus placandus vera conversione & pænitentia. Hæc a Sacerdotibus inchoanda, quia scandalo fuerant populo. Ideo monet Propheta **v.** 13 accingite vos & plangite, ululate Ministri altaris: ingredimini cubate in sacco Ministri Dei mei, quoniam interiit de Domo Dei vestri, Templo Salomonis, Sacrificium & libatio, ut placetis offenditum Deum, & poenas comminatas declinetis: Sanctificate ieunium, vocate cætum, congregate senes, omnes habitatores terræ in Domo Dei vestri, & clamate ad Dominum, c. 2. 12 convertimini ad me in toto corde vestro in ieunio & fletu & planctu, & scindite corda vestra & non vestimenta vestra. **v.** 14 quis scit si convertatur? plorabunt Sacerdotes Ministri Domini & dicent: parce Domine, parce populo tuo: & ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes. Misericordia promittitur **v.** 23.

Filiij Sion exultate & latamini in Domino Deo vestro. Impiebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo, & reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus & rubigo & eruca. Hæc referenda ad redditum e captiuitate Babilonica sub rege Cyro. Pergit Propheta ad Christum Antichristum ac finale iudicium, in quo fiet retributio bonis per æternam gloriam, & malis per damnationem æternam. c. 3 Minatur gentibus quæ Israel disperserunt in Nationibus & terram diuiserunt, Tyro Sidoni & omnibus terminis Palæstinorum: & filios Iuda & Ierusalem vendiderunt filijs Græcorum ut longè facerent eos de finibus suis. Poenam talionis his minatur Deus ¶. 8. Vendam filios vestros & filias vestras in manibus filiorum Iuda, & venumdabunt eos Sabæis genti longinquæ ¶. 19. Ægyptus in desolationem erit, & Idumæa in desertum perditionis. Judæa verò in æternum habitabitur, & Ierusalem in generationem & generationem: Hoc est, aliquibus sæculis, quia a Romanis postea funditus vastata est.

Anno Oziaæ 22 & Jeroboam II. 35, incepit Prophete Amos, duobus annis ante terræ motum in Iudea, dum Ozias rex elatus victorijs præsumebat ingredi templum ad offerendum timiama in altari timiamatis, & sub terræ motu Leprâ inficiebatur. c. 1. Comminatur Syriae Damasci & Metropoli Damasco ob plurima scelera: potissimum eo quod triturauerint in plaustris ferreis Galaad. Ideo mittam ignem in domum Azael & deuorabit domos Benadad, & conteram vectem Damasci .... & transferetur populus Syriae Cyrenen: ¶. 6 minatur Gazæ: eo quod transtulerint captiuitatem perfectam, ut concluderent eam in Idumæa. Ideo prædictit Deus: Mittam ignem in murum Gazæ & deuorabit ædes eius. Et disperdam habitatores de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone, & con-

vertam manum meam super Accaron & peribunt reliqui Philistinorum. Similia minatur Tyro ¶ 9 eo quod conculserint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum. Paria Edom ¶ 11 eo quod persecutus fuerit in gladio fratrem suum, & violauerit Misericordiam eius, & tenuerit ultra furorem suum & indignationem suam feruauerit usque in finem. Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Boſrae. Eadem Ammon ¶ 13 eo quod dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. Ideo succendam ignem in muro Rabba ... & ibit Melchom in captiuitatem ipse & Principes eius simul. c. 2. Minatur Moab: eo quod incenderit ossa regis Idumæus usque ad cinerem, Ideo: mittam ignem in Moab & deuorabit ædes Carioth, & morietur in sonitu Moab in clangore tubæ, & disperdam Judicem de medio eius, & omnes Principes eius interficiam cum eo. ¶ 4 minatur Iudæ: Eo quod abiecerit legem Domini, & mandata eius non custodierit. Ideo mittam ignem in Iuda & deuorabit ædes Ierusalem. ¶ 6 Minatur Israeli: eo quod vendidisset pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis. Plura eis scelera Deus improberat post tot beneficia: oppressionem pauperum, superbiam, incestum, stuprum, datum scandalum, calumniam, rapinam, Idololatriam, impænitentiam, ignorantiam affectatam. Propterea ¶ 13 stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustum foenitio, & peribit fuga a veloce, imo robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, qua præualebit exercitus Assyriorum. c. 4. 6 refricat Israelitis Memoriam plagarum præteritarum, propter Idololatriam aliaque peccata: Dedi vobis stuporem dentium in cunctis urbibus vestris & indigentiam panum in omnibus locis vestris, clauso caelo sub Elia, & vrgente fame sub Eliseo. & non estis reuersi ad me. Prohibui a vobis imbreu, cum adhuc

3 menses essent usque ad messem, ut arescerent spicæ nec grana conciperent. Plui super unam ciuitatem a iustis inhabitatam, & super alteram ciuitatem ab Idololatis, & impijs inhabitatam non plui. Vnde venerunt duæ & tres ciuitates ad unam ciuitatem, ut biberent aquam & non sunt satiate, & non redistis ad me. Insuper percussi uos in vento vrente borea, & in auragine peste vitis multitudinem hortorum vestrorum & vinearum vestrarum: Oliueta vestra & ficeta vestra comedit eruca. & non estis reuersi ad me temporibus Prophetarum Eliæ aut Elisei. Postea ¶. 10 Misi in vos mortem in via Aegypti, sive, sicut in Aegypto Moysis tempore misi pestem certam mortem afferentem: percussi in gladio iuuenes vestros, usque ad captivitatem equorum vestrorum, remanentibus 50 tantum equitibus, 10 curribus & 1000 peditibus, dum 4. Reg. 13 sub Ioachaz rege Israel præualuit Hazael rex Syrie, & filius eius Benadad, & Israelem totaliter attriuit. Eodem tempore ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras: & non redistis ad me. Tandem subuerti vos sicut Sodomam & Gomorram, & facti estis quasi torris raptus ab incendio: & non redistis ad me deserendo Idololatriam. Quapropter faciam tibi Israel multo maiora, ut tandem resipiscatis. c. 5 Signanter impropreat Propheta Israeli rapinas & oppressiones pauperum ¶. 11 & 12 & c. 8. 5. Imminuamus mensuram, augeamus siculum, & supponamus lateras dolosas. c. 6 invehitur in optimates superbos, ex rapinis pauperum lasciuientes in stratis eburneis, bibentes vinum in phialis & Rempublicam negligentes. c. 7 Amos Deum deprecatur, ut nimis exhausto per syros Israeli parcat a fame & peste, ne locusta perget comedere herbam terræ, & pestis vitam hominum. Exauditur Amos, & Jeroboam II aliquibus annis a bello quiescit, & terminos Israel restituit

stituit, sed continuatis peccatis prædicit Deus **v. 9** con-  
surgam super domum Jeroboam in gladio. Hæc dum Amos  
annuntiat, opponit sè Pseudopropheta Amasias, sua-  
dens Amos ut in Iudæam perget. Huic prædicit **v. 17**  
vxor tua in ciuitate fornicabitur: & filij & filiæ tuæ in gla-  
dio Assyriorum cadent & humus tua funiculo metietur: &  
tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de  
terra sua. Imminente excidio populi Israelitici c. 3  
inuitantur Philistæ & Ægyptii ad spectanda peccata Sa-  
mariaæ, obsidionem & expugnationem: vti ad spectan-  
dam Damasci totiusque Syriae vastationem ac incolarum  
abductionem in Cyrenem vix exceptis infirmis **v. 12**.  
Qui habitant in Samaria in plaga Lectuli, & in Damasci  
Grabato. Executionem describit Amos c. 8 per vncinum  
pomorum. Primus vncinus fuit Phul Rex Assyriae sub  
Manahen, qui abstraxit aurum: secundus Teglatphulassar  
filius eius, qui Rasin occiso transtulit Damascenos & Sy-  
ros Cirenem: ac Rubenitas, Gadditas, Manasseos, Neptali-  
tas, Aseræos & zabolonitas in Assyrios. Tertius fuit Sal-  
manasar, qui expugnatâ Samariâ transtulit reliquos  
Israelitas in Assyriam. Captiuitas hæc Israelis fuit sine  
spe reuertendi c. 5 domus Israel cecidit, & non adiicit ut  
resurgat. Virgo Israel projecta est in terram suam, non est  
qui suscitet eam. Et c. 8. 14 cadent & non resurgent ul-  
tra. In hisce angustijs **v. 10**. dicit Dominus. Corver-  
tam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra  
in planctum **v. 11** mittam famem in terram: non famem  
panis neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini: Hoc  
est consilium seu oraculum Domini ex ore alicuius  
Prophetæ. A mari mortuo usque ad mare mediterrane-  
um, & ab aquilone usque ad orientem circuibunt, querentes  
nomen Domini & non inuenient. In captiuitate Assyriaca  
positos monet c. 5. 4 querita me & viuetis .... quarite  
Domini-

Dominum & viuite : facientem Arcturum & Orionem & convertentem in mane tenebras , & diem in noctem mutantem : qui vocat aquas maris in aera & effundit eas super faciem terra. Quærentes Dominum in *Affyria* *Media* & *Armenia* , pauci fuere , nec reuersi sunt in Patriam tanquam *Israelitæ* , sed tribui *Iuda* inserti post transmigrationem *Babylonis*.

Anno 30 Oziæ , mortuo *Ieroboam* II cepit Prophetare *Isaias* *Ierosolimæ*. ac 39 capitibus comminatur *Hebreis* & *Gentibus*: Reliquis 27 confolatur. Respicit duo tempora , vti alij Prophetæ : tempus captiuitatum immensus , & tempus gratiæ sub *Messia* futurum , dum eligentur Gentiles ad fidem *Christi* , *Hebreis* obstinatis in *Judaismo* remanentibus: Exprobatur *Hebreis* multa flagitia commissa , & comminatur multa supplicia imminentia , eo quod non obstantibus beneficijs diuinis antiquis , & recentibus multis quibus præuenti erant obseruantiam diuinæ legis neglexerint. Anno 31 Oziæ Prophetauit *Abdias* contra *Idumæos* ad solatium *Iudeorum*. His comminatur propter superbiam , superstitiones & auguria , odium ac invidiam contra fratres , exterminium , & ¶. 17 in monte Sion erit saluatio & erit sanctus ... & non erunt reliquæ domus Esau.

Anno 38 Oziæ regnauit in *Israel* *Zacharias* filius *Ieroboam* II, post interregnum 11 annorum , 6 mensibus in *Samaria*. Contra hunc 4. Reg. 15. 10 coniurauit *Sellum* filius *Iabes* , & occidit eum regnauitque uno mense in *Samaria*. Hic percutitur a *Manahen* , qui percussit *Thapsam* omnesque qui in ea erant , & terminos eius de *Therfa* : noluerant enim aperire ei portas : vnde interfecit omnes prægnantes eius & scidit eas. Ad stabilendum contra rebelles regnum , vocauit in auxilium *Phul* regem *Affyriorum* nepotem *Phulbelochi*. ¶. 19 veniebat

Phul rex Assyriorum in terram Israel: & dabat Manahen  
 Phul 1000 talenta argenti, ut esset ei in auxilium & fir-  
 maret regnum eius ... reuersusque est rex Assyriorum, tri-  
 buto suscepto, & non est moratus in terra. Mortuo Ma-  
 nahen succedit impius filius Phaceia, quem anno 2 oc-  
 cedit dux eius Phacee filius Romelia in Samaria in turre  
 domus regiae. Anno sequente moritur Ozias. Isaia c. 6 in anno, quo mortuus est Ozias vidit: Dominum  
 sedentem super solium excelsum & eleuatum, ac tres SS.  
 Trinitatis personas per speciem vel imaginem corpo-  
 rem apparentes: & ea quæ sub ipso erant replebant tem-  
 plum cælestis, cuius Typus templum Salomonis. uti 2  
 Cherubim in templo Salomonis erant super Arcam in  
 templo hoc, ita 2 Seraphim stabant super illud, sex alæ vni  
 & sex alæ alteri. Duabus velabant faciem eius Dei appa-  
 rentis, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant  
 absque motu translationis: & clamabant alter ad alte-  
 rum Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum  
 alternatim & choraliter cum infinitis alijs Angelis.  
 Tum Isaia: va mihi quia tacui, nec satis populum Pro-  
 ceres & regem Oziam illicite thus in templo adolere  
 tentantem neque Ioathan administrum regni debitè  
 corripui, dum populum delinquentem non compes-  
 cebat. Hinc vir pollitus labijs ego sum. & in medio populi  
 polluta labia habentis ego habito. Tum unus Seraphim  
 calculo seu pruna ardente tetigit labia Isaiae, & abstu-  
 lit iniquitatem omnem, vt prophetare pergeret contra  
 Iudam suam excæcationem & reprobationem, tam  
 tempore suo quam venturi Messiae. Petijt Isaia, ¶. 11  
 usquequo Domine durabit hæc excæatio & reprobatio?  
 R, donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus  
 sine homine, & terra relinquetur deserta ... & adhuc in ea  
 decimatio per Chaldaeos, Ægyptios, Romanos &c. fina-  
 liter

liter semen sanctum erit id quod steterit in ea, in Reductione, vel saltem fine mundi, quia cæcitas ex Parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret & sic omnis Israel saluus fieret Rom. 11. 25. Isaias strenue satis omnia comminatus est, quæ Deus mandauit ei.

Ozia mortuo Ioathan filius eius incipit solus regnare. Fecit 4. Reg. 15. 34 quod erat placitum coram Domino... ipse adificauit portam domus Domini sublimissimam, seu speciosam, & in muro Ophel multa construxit 2. Paral. 27. 3. Urbes quoque adificauit in montibus Iuda, & in saltibus castella & turres. Ammonitas vicit & coegit contribuere 100 talenta argenti, 10000 coros tritici & 10000 hordei. Anno 12 Ioathan cepit prophetare Micheas contra Samariam propter Idololatriam destruendam: Ierusalem funditus euertendam: Iudeos in Babylonem captiuos abducendos: tandem reducendos ac reliquias eorum exaltandas, potissimum sub lege gratiæ, eadem quæ in Michea, copiosius habemus in Isaia.

Mortuo Ioathan succedit impiissimus filius Achaz, qui 4. Reg. 16. 3 ambulauit in via regum Israel pessimus Idololatra, filium suum Idolo Moloch in valle Ennon transferens per ignem secundum Idola gentium ijsque in excelsis immolans & sub omni ligno frondofo. Anno 10 Phacee regis Israel regnabat in Assyria Teglathphasar filius Phul, pronepes Phulbelochi, Huic negabant Israelitæ tributum. Insuper Phacee cum Rasin rege Syria obfederunt Idololatram Achaz in Ierusalem, nec valuerunt superare eum ¶ 5. Achaz vocat Teglathphasar in auxilium, mittens ei omne aurum & argentum, quod invenerunt superare eum. Teglathphasar cum exercitu copioso expugnat Damascum, & transfert Habitatores eius Cyrenem, Rasin verò regem Syria occidit. Sex etiam Tribus Israel captiuas abduxit in Assyriam. Nascitur Tobias

senior

senior. Achaz it obviam Teglatphalasarō in Damascum  
¶. 10 ac exinde Idololatria Syriæ & Damascena Ieroso-  
limam invehitur, ablato cultu Dei & mutato Altari æneo  
holocaustorum in Horologium publicum templi, in-  
de dictum, Horologium Achaz. Teglatphalasar reuerti-  
tur in Assyriam.

Isaias c. 7 prædixerat societatem hanc Syriæ cum  
Israelitis & Achaz monuerat, ne timeret hos hostes, quia  
adhuc currebant 65 anni post quos desineret Ephraim  
esse populus, & caput Ephraim Samaria, & caput Sa-  
maria filius Romelia. His expletis separabitur Israel &  
Juda per Assyrios, Israelitas abducturos in captiuitatem  
Assyriacam, & Ægyptios ac Chaldaeos, Judæos abducturos  
in Ægyptum & Babyloniam. Licet hi reges non præua-  
luerint Ierosolima, attamen 2. Par. 28 Rasin percussit  
exercitum Achaz, & magnam prædam adduxit in Da-  
mascum, occiditque Phacee filius Romelia de Juda  
120000 in die vna, omnes viros bellatores; Maashiam  
filium regis & Ezricam ducem domus eius, & Elcanam  
secundum a rege. Insuper ceperunt 200000 mulie-  
rum, puerorum, puellarum & infinitam prædam, quam  
monitu Oded Prophetæ remiserunt in Jericho, ipsique  
réversi sunt in Samariam. Achaz insuper ob peccata sua  
afflictus est ab Idumæis & Philistæis ¶. 17. Tandem  
moritur & sepelitur Ierosolima, regnatque Ezechias  
filius eius. Nabonassar seu Baladan regnat in Babel.

Anno 4 Achaz, Phacee ab Osee filio Ela occiso, hic  
tumultuarié regere conatur, deinde assumitur 4. Reg.  
17. Fecit malum coram Domino, & seruus fit ac tri-  
butarius Salmanasar regi Assyriorum. Clam interim po-  
stulat opem a sua rege Ægypti contra Assyries. Hoc dis-  
cens Salmanasar invadit terram Israel anno 7 Osee: ob-  
sidet Samariam & expugnat anno 9, vinetum Osee mi-

fit in carcerem , & transfert omnem Israēl in Assyriam ; etiam Gabelum Raguelem ac Tobiam cum vxore & filio . Hic de tribu & ciuitate Neptali sub Phacee rege natus est : cumque Tob. c. 1. 4 esset iunior omnibus in Tribu Nepthali nihil tamen puerile gessit in opere . Cum omnes irent ad vitulos aureos , hic solus fugiebat consortia omnium , sed pergebat in Jerusalem ad Templum Domini ter in anno omnia primitua sua & decimas fideliter offerens . Imo anno 3 Proselitis & advenis decimas dabat , totam legem accuratē obseruans . Anno 21 duxit vxorem Annam de tribu sua , ex qua genuit filium quem ab infantia timere Deum docuit & abstinere ab omni peccato . Abductus cum Tribu sua , venit in Niniuen : cumque omnes ederent de cibis gentilium , Tobias abstinuit , & memor fuit Domini in toto corde suo : unde gratiam Salmanasar habuit , qui ei permisit quo vellet iret , quod vellet faceret , & dona largiebatur tanta , ut Gabelo in Rages gratis mutuarit 10 talenta argenti sub Chyrographo . Salmanasar loco Israelitarum abductorum in Assyriam & Mediam , remisit in Samariam & Galilæam 4. Reg. 17. 24 Assyrios , de Babilone , Cutha , Auah , Emath & Sepharuaim , qui possederunt Samariam & habitauerunt in vrbibus eius . Hi Idola colebant . ideo a leonibus deuorabantur . Itaque Salmanasar emittebat Sacerdotem Hebreum , qui habitauit in Bethel & docuit eos quomodo colerent Dominum . Sed ¶ 33 cum Dominum colerent , Dijs quoque suis seruiebant iuxta consuetudinem gentium .

Achaz clauserat ostia Templi . Ezechias anno & mense primo regni mox aperuit eas , & 2. Paral. 29 congregauit Sacerdotes & Leuitas in plateam orientalem , ut sanctificarentur ad mundandum Templum . Ita fit & die octavo purgatis atrijs & alijs , ingressū porticum

omnia immunda eiecerunt, per Leuitas asportanda in torrentem Cedron. Die 16 Nisan omnia purgata erant. Tum Ezechias & Principes obtulerunt hostias, & deinde populus. Has Sacerdotes sacrificarunt, Leuitis Deo laudes cantantibus. Cum pauci essent Sacerdotes, nec sufficientes ut pelles holocaustorum detraherent, Leuitæ iuuabant eos. Deinde missis in omnes Tribus nuntijs Ezechias conuocauit Israelem ad celebrandum Pascha c. 30 die 14 Iiar, cum Nisan fuisset impeditus: & celebrauit 14 diebus. Populo redeunti mandat Ezechias, ut dissipent excelsa conterant statuas, succendant lucos vbiue, & eadem ipse facit. Confregit etiam serpentem æneum, quem fecerat Moyses, siquidem filij Israël usque ad illud tempus adolebant ei incensum. Sacerdotes & Leuitas componit, ut liberius Sacris Ministerijs vacent: ipse Ezechias procurabat iuge Sacrificium, vti victimas Sabbathi c. 31 Kalendarum & aliarum Solemnitatum: populo præcepit dare decimas & primitias, qui libenter dedit, ut ultra sustentationem competentem, reliqua oporteret in horrea condere. Vnde 4. Reg. 18. 7 erat Dominus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat sapienter se agebat: rebellauit quoque contra regem Assyriorum Sennacherib, qui Salmanafaro patri successit, & non seruiuit ei: percussit Philistæos usque ad Gazam, & omnes terminos eorum a turre custodum, usque ad ciuitatem munitam. Sennacherib annis suis prioribus alibi pugnauit & expugnauit Ægyptum. Antea id prædixerat Isaias c. 18 contra Æthiopiam occidentalem, & c. 19 contra vicinam Ægyptum per Sennacherib inchoandum, per Nabuchodonosor consummandum. Hinc postea Sennacherib per Rabsacen dicebat Ezechias 4. Reg. 18. 25 Nunquid sine domini voluntate ascendi ad locum istum Ægyptum ut demolirer eum? Dominus dixit mihi:

*ascende ad terram hanc & demolire eam.*

Ante adventum Sennacherib in Iudeam contra hunc & Niniuen comminatus est Nahum Propheta. Jonas Monarchiae Assyriorum prædixerat excidium inchoatum, per Arbacem & alios sub Sardanapalo. Nahum comminatur excidium consummatum sub Cyaxare Medo & Nabuchodonosor Chaldaeo.. c. 1, ait Aureolus præmittit in omnem gentem peccatricem comminationem generalē: contra Sennacherib Assyriorum regem comminationem specialem quæ completa est post annum 14 Ezechiae. c. 2 comminatur ciuitati Niniue & toti regno depopulationem & totale exterminium ob peccata enormia, alebat prædones & latrones c. 3. v. & ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij dilaceratione plena, non recedet a te rapina v. 4. propter multitudinem fornicationum Meretricis speciosæ & gratae, & habentis maleficia: quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficis suis, dicit Dominus: ponam te in exemplum. Confert eam cum Alexandria Aegypti capienda a Chaldais & comminatur similem captiuitatem Niniue per eosdem. Sennacherib anno 7 venit in Iudeam contra rebellem sibi Ezechiam, & cepit varias ciuitates munitas. Ezechias parat defensionem Ierosolima, & populum monet opem diuinam pie implorare: interea submittit se Assyrio, qui imponit pro tributo 30 talenta auri & 300 argenti, quæ dedit Ezechias, ne Ierosolima desolaretur. Equidem Sennacherib minatur Ierusalem multa grauia exprobans Ezechiae & blasphemias euomens in Deum. Itaque grauiter infirmatur Ezechias, & Dominus per Isaiam monet eum, ut disponat se ad mortem, orat Ezechias & exorat Deum, qui ei per Isaiam mox promittit sanitatem: 15 annos vitae & liberationem a Sennacherib. In signum veritatis, sol 10 lineis reuertitur in Ho-

relogio Achaz. Obsid etur Jerusalem, & nocte per Angelum cæduntur in castris Sennacherib 185000 corporibus exustis ne fæterent & vestibus armisque intactis, ut *Judæi* spolijs gauderent. Sennacherib in *Affyriam* reversus, seuebat contra *Israelitas* eosque ubique interficiebat. *Tobias* in *Niniue* habitans, sepeliebat cadavera occisorum. Hæc regi nuntiantur: qui iubet omnem substantiam *Tobiae* auferri, & eum occidi, sed cum filio & uxore fugit & latuit, donec die 45 occideretur ipse Sennacherib a filijs. Succedit *Affarhaddon*, qui *Tobiae* amicus, restituit ei omnes facultates & libertatem. Hic quotidie c. 1. 19 pergebat per omnem cognationem suam, esurientes alebat nudisque vestimenta præbebatur, & mortuos sepeliebat. Cum die festo mortuorum sepulturam prandio cum amicis prætulisset, & fatigatus obdormisset circa nidos hirundinum, ætatis anno 56, ex stercore calido oculis illapso cæcitatem incurrit, quam æquanimiter tulit annis 4. orauit *Tobias* in *Niniue* c. 2. Oravit & *Sara Raguealis* in *Rages* filia resignati etiam ad mortem si Deo placuisset: & ambo consolati sunt suo tempore. *Tobias* c. 3 putabat orationem suam exauditam ut mori potuisset, unde domui suæ dispositus, & monita sancta filio dedit. Filius c. 3 comite *Raphael* pergit ad *Gabelum* pro recuperandis 10 talentis argenti sub Chyrographo mutuo datis, in via pedes lauans piscem apprehendit, cuius feliecur & cor monitu *Raphaelis* exterat & custodit ad medicinam, ac carnes comedit. Ad *Raguealem* diuertens petit *Saram*, filiam eius uxorem & impetrat cum medietate substantiæ: hanc per incensum cor & iecur piscis a demónio liberat. *Raphael* ad *Gabelum* pergens 10 talenta argenti recipit, ac ad Nuptias *Tobiae* & *Sarae* *Gabelum* adducit. His completis parentes discedentem filiam monent c. 10. 13 honorare sacer

sacerdos, diligere maritum, regere familiam, gubernare dominum, & seipsum irreprehensibilem exhibere. Tobias ad patrem redux per fel pīscis sanat oculos eius c. 11 & per 8 dies cum amicis celebratur lætum conuiuim. Postea c. 12 offerunt Raphaeli viæ comiti fideli mediatem allatorum. Hic manifestat se Angelum esse, vtque benedicerent Deum & narrarent omnia mirabilia eius monet ac disperat. Hæc facta anno Tobiæ 60 sub Assarhaddone. Supervixit annis 42 & in totum 102. Junior verò Tobias 99. Prædixit iteratum interitum Niniue, vnde monuit filium post mortem matris apud se sepeliendæ, a Niniue exire in Rages. Prædixit captiuitatem Babilonicam & liberationem ex ea, ac felicitatem Ierusalem terrenæ & beatitudinem celestis Ierusalem, quam sperabat.

Portentum retro gressi solis sub Ezechia etiam Babylone apparuit: vnde Merdokempadus seu Merodag Baladan filius Nabonassar seu Baladan 4. Reg. 20. 12 Rex Babyloniorum misit Principes & munera ad Ezechiam, vt desuper inquirerent. Ezechias inde elatus ostendit his omnes thesauros suos. Desuper Deus eum corripit per Isaiam, prædicens hæc omnia, & filios insuper in Babylonem asportandos. Humiliatus est postea Ezechias 2. Par. 32. 26 eo quod exaltatum fuisset cor eius, tam ipse, quam habitatatores Ierusalem et idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechiae. Hic obturauit superiorem fontem aquarum Gihon & auertit eas subter ad occidentem vrbis David. Dederat ei Dominus substantiam multam nimis. Succedit ei Manasses impiissimus, ædificauit 4. Reg. 21 excelsa & erexit aras Baal ac lucos, & adorauit omnem militiam cœli siue astra x. 8 traduxit filium suum per ignem: ariolatus est: obseruauit auguria: fecit Pythones: aruspices multiplicauit: Deus

comimoniuit eum & populum per Prophetas dicens.  
 ¶ 11 quia fecit Manasses Rex Iuda abominationes istas  
 pessimas , super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum , &  
 peccare fecit etiam Iudam .... extendam super Ierusalem  
 funiculum Samarie , & pondus Domus Achab & delebo Ie-  
 rusalem.

Vnus Prophetarum horum fuit Habacuc ex professo  
 agens contra regem & populum , dum passim c. 1 pa-  
 trabant peccata : lacerata est lex & non peruenit usque ad  
 finem iudicium , quia impius præualet adversus iustum.  
 Prophetæ conquerenti de nimia regis & Iudeorum ma-  
 litia, eaque impunita , respondet Deus ¶ 8 suscitabo  
 Chalæos gentem amaram & velocem , ambulantem super  
 latitudinem terræ , ut possideat Tabernacula non sua ... om-  
 nes ad prædam venient , facies eorum ventus vrens & con-  
 congregabit quasi arenam captiuitatem, & ipse de regibus tri-  
 umphabit. His territus Habacuc Deum precatur , ut mi-  
 tius Iudeos puniat , quia Chalæi eis peiores erant, & vi-  
 ctorias obtentas idolis suis adscribent ¶ 16 immolabit  
 sagenæ sua , & sacrificabit reti suo. Igitur non congruit  
 ut infideles disperdant fideles Iudeos esto peccatores. His  
 Deus respondet se etiam infideles suo tempore extermi-  
 naturos, postquam per eos punierit fideles Iudeos. Hinc  
 c. 2 mandat : Scribe visum .... quomodo vinum potantem  
 decipit : sic erit vir superbus & non decorabitur , licet  
 victorijs elatus. ¶ 6. Væ ei qui Multiplicat non sua ....  
 Væ qui congregat auaritiam malam domui sua, ut sit in exel-  
 so nidus eius ... væ qui edificat ciuitatem in sanguinibus , &  
 preparat urbem in iniuitate : væ qui potum dat amico suo  
 mittens fel suum , & inebrians ut aspiciat nuditatem eius,  
 væ qui dicit ligno : expurgiscere ; surge lapidi tacenti.  
 Nunquid ipse docere poterit ? ecce iste coopertus est auro &  
 argento , & omnis spiritus non est in visceribus eius. Hæc  
 com-

comminatur Deus per Habacuc regi victorioso Chalæorum, & idola non poterunt liberare eum. Judæos autem pœnitentes Deus liberabit, quia *v. 20* Dominus in Templo sancto suo: sileat a facie eius omnis terra. Tum Habacuc pro ignorantij & peccatorum remissione Deum Deprecatus est, & egit gratias pro accepta promissione liberationis e captiuitate sub Cyro, orans ut re ipsa ita fiat. Hinc recolit liberationem portentosam Hebraeorum ex Ægypto, optans ut simili modo liberen tur Hebrei e captiuitate Babylonica, sub clade Babylonis per Darium & Cyrus. Hæc omnia adscribit meritis venturi Messiae, vnde orationem & canticum gratiarum actionis concludit *v. 19* super excelsa mea in Chananea deducet me viator Cyrus, Messias, Deus, in Psalmis canentem. Loquente Deo ad Manassen & populum per Prophetas 2. Paral. 33. 10 attendere noluerunt. Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum Nabuchodonosor, & peruntque Manassen, & vincitum catenis abduxerunt in Babylonem, Hic egit pœnitentiam veram, vnde misericordiam consecutus & liberatus est, rediitque Ierosolimam in regnum suum. Hanc muro munivit, abstulit Deos alienos, simulacra, aras. *v. 16*, instaurauit altare Demini & immolauit super eo viætmas & pacifica. præcepitque Iudea ut seruiret Domino Deo Israël, desertâ Idololatriâ.

Sub Manassis captiuitate contigisse videtur Historia Judith. Assarhaddoni filio Sennacherib successit Nabuchodonosor Babyloniae Rex, eratque simul Rex Assyrie & Chalæe. Contra hunc in campo Ragau pugnauit Arphaxad seu Cardiceas Rex Medorum: & vietus est. Hac victoria inflatus. Nabuchodonosor misit Legatos in omnem occidentem, ut præstarent subiectionem vtroneam & tributum sibi tanquam Monarchæ. Occidentales

les vnanimiter contradixerunt ei : vnde contra eos anno 13 misit Principem exercitus *Holophernem* cum virtute exercitus *Assyriorum & Babyloniorum*, quia horum quoque erat rex , omnique apparatu bellico & annona. c.2. 12 venit ad montes *Ange* seu *Taurum & anti-taurum*, expugnauitque famosissimam ciuitatem *Melothi* seu metilene ad *Euphratem* omniaque reliqua. ¶ 17 descendit in campos *Damasci* in diebus messis triticeæ, & succedit omnia sata , omnesque arbores & vineas fecit incidi. Itaque c. 3 *syri, Libij, Cilicij* alijque omnes vltro se subdant *Holopherni* , quorum equidem ciuitates & Idola destruit, vt solus *Nabuchodonosor* ¶ 13 diceretur Deus ab his Nationibus. Transiit & ad *Idumæos* in montana capiendo ciuitates & 30 diebus exercitum adunando. Defensionem parabant c. 4. soli *Judæi*, ciuitates munientes & frumenta in præparationem pugnæ congregantes. *Sobna* summus Pontifex cum *Manasse* abductus erat Babilonem vt *Isaias* c. 22 prædixerat , & *Eliacim* pius Pontifex successit. Hic indixit preces publicas, & ¶ 8 clamauit omnis populus ad Dominum instantiâ magna , & humiliauerunt animas suas in ieuniis & orationibus : & induerunt se Sacerdotes cilicijs. Etiam ¶ 16 hi qui offerebant Domino holocausta, præcincti cilicijs & erat cinis super capita eorum. In concilio bellico *Holophernis* dux *Ammonitarum Achior* , enarrans mirabilem Dei protectionem circa *Iudeos*, c. 5 rogat ne temerè contra hos pugnet. Hinc , c. 6. ab irato *Holopherne* mittitur versus *Bethuliam* obsidendam, vt capta ciuitate cum ceteris occidatur. *Affyrj* alligant eum arbori , *Bethulij* soluunt, & causam abductionis discunt. Consolantur , secumque ducunt *Bethuliam*. Hic omnia iterum exponit: populus tota die ad Deum claimat orando & flendo cænâque sumptâ (apud *Oniam* Achior mansit) tota nocte orarunt.

*Holophernes* c. 7 die altera obsedit *Bethuliam* per 120000 pedites & 22000 equites, præter eos quos ex Provincijs conquisitis militiæ adscripsérat. *Iudæi* diu noctuque viriliter custodiebant aditus omnes, & preces ad Deum continuabant. Hostis incidit fontem *Bethuliae*. Insuper 100 custodes posuit ad minores fontes omnes, ne obsessi possent haurire & habere aquam. Post 20 dies deficiente aqua *Bethulij* vicerunt *Oniam* ad ditionem. Hic preces indicens distulit ad 5 dies dicens *¶. 23* *Infusus lacrymis*: *æquo animo estote fratres, & hos 5 dies expectemus a Domino misericordiam*, *Judith* Vidua de Tribu Simeon hæc audiens c. 8 improbat propositum de tradenda post 5 dies *Bethulia*. Currebat mensis *Thisri*, *Judith* habebat secretum oratorium in domate suo, in quo cum puellis suis *¶. 5* clausa morabatur: & habens super lumbos suos cilicum, ieunabat omnibus diebus vita sua, præter *Sabbatha*, *Neomenias* & *festa*. Tum ad Synagogam ibant cum populo oraturæ ad Meridiem, deinde in gaudio pransuræ, vt moris. Igitur tam exemplo quam monitis *Judith* indicit pænitentiam ac ad Deum preces, & *¶. 19* addit: *Nos alterum Deum nescimus præter ipsum. Expectemus humiles consolationem eius*. Dixerunt illi *Onias* & *Seniores*: *Ora pro nobis, quoniam mulier sancta es & timens Deum*. *Judith* c. 9 oratorium ascendit, & instantissimè implorat auxilium diuinum. Tum deposito cilicio c. 10 se venustè ornat parcum cibum & potum secum sumit, & cum *Abra* sua pergit noctu ad portam ciuitatis dicens *Oniae* ibidem eam dimittenti: *Nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum*, *Circa ortum diei* *¶. 11* occurrerunt ei exploratores *Affyriorum*, & deduxerunt eam ad tabernaculum *Holophernis*, qui statim captus est in oculis suis, prout orauerat *Judith* c. 9. 13 capiatur laqueo oculorum

suorum in me &c, Holophernes c. 11 quærerit cur recesserit Bethulia? R. Judith: fames invasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur aliqui ¶. 11: hoc ordinant, ut occidant pecora sua & bibant sanguinem eorum. volunt consumere, quæ nec manibus deberent contingere: ergo quoniam hæc faciunt, certum est quod in perditionem dabuntur, illi qui hæc faciunt. Ego ancilla tua Deum colo ... & exiit ancilla tua, & orabo Deum, & dicet mihi, quando reddat eis peccatum suum &c. Placuerunt hæc Holopherni, ita ut diceret ¶. 21. *Bona est promissio tua, & si fecerit hoc mihi Deus tuus, erit & Deus meus.* Obtinet c. 12 licentiam noctu cum ancilla sua exeundi ad orationem versus Bethuliam. Quarta die vocatur ad cœnam apud Holophernem. Iuit & comedit de paratis ab Abra sua & bibit coram Holopherne, qui iucundus factus bibit vinum ad ebrietatem plenam. Omnes c. 13 recedunt in serò, & Vagao reliquit duos solos clauso ostio cubiculi. Judith acinace proprio amputat caput Holophernis, & ponit in pera Ancillæ suæ, exitque ad vallem Bethulia, quasi ad orationem: & defert diluculo ad Bethulios caput Holophernis. Achior quoque adducitur, & caput occisi videns penè exanimatur. Suadet Judith, ut sole illuminante c. 14 suspendant caput super muros, & erumpant e ciuitate contra hostem. Tunc hostes ad arma conclamant, & currunt ad tabernaculum Holophernis, sed truncum inueniunt. Tum c. 15 audit omnis exercitus decollatum Holophernem, & fugâ sibi consulit unusquisque omnibus derelictis, ut vitam tueatur a Judæis vndique in sequentibus & occurrentibus usque ad extremitates finium suorum. Bethulij interea e castris abstulerunt relicta, & redeuntes a persecutione sumperferunt pecora frumenta & mobilia, & vix 30 diebus spolia collegerunt, quibus omnes ditati sunt. Om-

nia quæ Holopernis fuerant data sunt victoriæ Iudith. Eliacim summus Pontifex venit cum Sacerdotibus & Senioribus de Ierusalem in Bethuliam, vt salutarent Iudith dicentes: *Tu gloria Ierusalem, tu letitia Israel, tu honorificentia populi nostri.* Ipsa Iudith cum populo c. 16 cecinit canticum gratiarum actionis pro victoria hac. Deinde ꝑ. 22 purificato populo omnes venerunt Ierosolimam ad templum oblaturi holocausta vota & reprobationes. Ipsa Iudith, obtulit omnia vasa bellica Holopernis. Gaudium victoriæ huius tunc celebratum est in mensibus, Iudith per Ierosolimam & Iudeam circumferente caput Holopernis in Triumpho. Erat 40 annorum dum eum decollavit, & supervixit postea 65 annis, diebus festis procedens cum magna gloria. Mortuæ Bethulij parentarunt 7 diebus. Ea viuente & multis annis postea ꝑ. 30 non fuit qui perturbaret Israel. De Manasse rege Iuda, nulla mentio in Historia hac, quia captiuus erat & catenis vincitus Babilone a Nabuchodonosor, qui intellecta strage hac breui moritur, & pænitens Manasses regno restituitur colens Deum solum postea.

Manassi succedit Ammon impij Patris æmulus per omnia, derelinquens Dominum Deum patrum suorum, ipsi subditi anno 2 regni tetenderunt ei insidias, & occiderunt eum 4. Reg. 21. 23. Populus terræ occidit insidiatores hos, & constituit regem Iosiam filium eius. Hic c. 22 erat 8 annorum cum coepit regnare, genitus ab Ammon an. 16. Fecit quod placitum erat coram Domino & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui. Anno 8 regni sui 2. Paral, 34 coepit querere Deum patris sui Dauid: anno 12 mundauit Iudam & Ierusalem ab excelsis & lucis, simulacrisque & sculptilibus: aras Baal & simulacra superposita demolitus est: ossa pseudosacerdotum desuper combustis: etiam in urbibus Ephraim, Manasse,

*Simeon & Neptalinum.* Anno 18 mundatâ iam terrâ & atrijs templi *Salomonis*, mandauit *Saphan*, *Maâsiæ* & *Ioha* vt instaurarent Domum Domini, qui cum operarijs fideliter cuncta faciebant. *Helcias* summus Pontifex inter efferendas pecunias inuenit librum legis *Moysi*, siue *Deuteronomium*, quem tradidit *Saphan*, vt deferret ad regem *Iosiam*, Cum verò audisset *Iosias* præcepta Dei, & pœnas transgressoribus comminatas, scidit vestimenta sua & fleuit, præcepitque *Helcia* Pontifici & Sacerdotibus ¶. 21 ite & orate Dominum pro me, & pro reliquijs Israël & Iuda ... Magnus enim furor Domini stillauit super nos, eo quod non custodierint Patres nostri verba Domini. *Olda* Prophetissa desuper Ierosolimis consulta ab *Helcia* dixit: ob pietatem *Iosiae*, qui fleuit & scidit vestimenta sua, captiuitates comminatas demum inferendas *Iosia* mortuo. Mandauit *Iosias* populo congregato, vt exacte obseruarent legem, & Iudæi ¶. 33 cunctis diebus eius non recesserunt a Domino Deo Patrum suorum ad Idola. Hæc latius exposita 4. Reg. 23. 4: Omnia vasa Baal combusta in convalle Cedron, & cineres translati in Bethel: deleti Aruspices, qui adolebant incensum Baal, Soli, Lunæ, 12 signis & omni militiae cæli. Destructæ & diculæ effeminatorum: contaminatum Tophet in valle Ennon: ablati equi solis, & combusti currus solis: polluta templa *Astaroth*, *Chamos*, *Melchom*, contritæ statuæ: succisi luci, & repleti ossibus mortuorum. Purgata Jerosolimâ, transiuit *Josias* ad Bethel omnia ibidem conterens & comburens, etiam ossa Sacerdotum; exceptis ossibus Prophetæ *Addo*, & senis qui eum sepelierat. Sacerdotes idolorum occidit ossaque combussit. Reuersus ¶. 21 Ierosolimam, præcepit fieri Phase, & celebrait Phase solemnissimum, quale a diebus *Judicum* non fuerat celebratum. Dedit *Iosias* agnos & hædos

30000 & boues 3000 : Duces verò pecora 2600 & boues 300 2. Paral. 35. Principes Leuitarum dederunt Leuitis 5000 pecora & boues 500. Anno 18 regni Iosiae ¶ 19 hoc Phæse celebratum est.

Initio regni Iosiae Prophetare cœpit Sophonias ad annum 18 contra Iudam & Ierusalem, gentesque vicinas. Culpat peccata & hortatur ad pœnitentiam. Ponit c. 1 cominationem generalem contra omnes peccatores terræ : specialem contra Iudeos & signanter habitatores Ierusalem, Sacerdotes reges principes & plebeos omnes. In die obsidionis & abductionis erit ¶ 10 vox clamoris a porta piscium, & ululatus a Secunda, & contritio magna a collibus. Afflictio tunc grauissima ¶ 15 dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & misericordiæ &c. Ad euadendas hasce minas suadet pœnitentiam c. 2. Quærite Dominum, si quomodo abscondamini in die furoris Domini, dum gentes vicinæ totaliter delebuntur : Gaza, Azotus, Accaron, Ascalon, funculus maris & terra Philistÿm : Moab, Ammon, qui erunt ut Sodoma & Gomorra : Æthiopes & Assyrii, ita ut Niniue ipsa futura sit cubile bestiarum. Hæc videns Ierusalem, non resipuit, hinc c. 3 vœ provocatrix & redempta ciuitas, cuius Principes rapaces, Judices iniusti, Prophetæ vesani, viri infideles. Ipsi Sacerdotes eius poluerunt Sanctum. Promittit finaliter Deus redemptionem ab instantे captiuitate Babilonica & potissimum a captiuitate diabolica per Messiam.

Jeremias cœpit anno Iosiae 13 c. 5 Prophetare per intervalla contra Iudam & gentes vicinas per Chaldeos perdendas. Videt virginem vigilantem & ollam succensam, faciemque eius a facie aquilonis. Inde venturus erat Nahuchodonosor seu Nabopollassarus eiusque filius ad euentandam Judæam cum vicinis omnibus regnis, populum

lumque occidendum vel in captiuitatem abducendum.  
 Hæc Ieremias c. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 16  
 iterato inculcat sub Iosia. Anno huius 3 i ascendit Necho  
 rex Ægypti 2. Paral. 25, 20 ad pugnandum in Charca-  
 mis iuxta Euphratēm, & transibat Chananaeām. Iosias id  
 volens impedire cum exercitu resistit in campo Mageddo  
 vbi a sagittarijs vulneratur, Ierosolimam alportatur, mori-  
 tur & sepelitur, ac lugetur a Iuda & Ierusalem, maximē  
 a Ieremia. c. 26. populus terræ Ioachaz filium secundum  
 Iosia constituit regem. Interea Necho cum exercitu per-  
 git ad Euphratēm. Bello citō ibidem confecto redit Ie-  
 rosolimam, amouet Ioachaz secum eum dicens in Ægyptū :  
 condemnat terram talento auri, & 100 talentis  
 argenti : & regem constituit Eliacim seniorem Iosia fi-  
 lium, nominando eum Ioakim. Ieremias c. 22 prædi-  
 cit de Ioachaz, qui & sellum dicebatur, eum moriturnū  
 in Ægypto : de Ioakim ¶. 19 sepulturâ asini sepelietur,  
 putrefactus & projectus extra portas Ierusalem : de Ie-  
 chonia huius filio, captiuum eum abducendum in Babyloni-  
 nem, urbem templumque vastandum. Ioakim 11 annis  
 regnauit Ierosolimæ, fecitque malum coram Domino :  
 vnde anno 3 regni, Nabuchodonosor obsidet Ierusalem,  
 capit Ioakim & multos nobiles Danielem, Ananiam, Mi-  
 saelem, Azariam &c. Moritur interea Nabuchodonosor se-  
 nior & succedit iunior. Huic prædicit Ieremias c. 46  
 Victoriam contra Necho regem Ægypti. Hic ægré fe-  
 rebat vestigales suos Iudeos a Nabuchodonosor Babiloniam  
 abductos. Commisso ad Euphratēm prælio Necho oc-  
 ceditur & exercitus profligatur recuperatque Nabucodonosor  
 quidquid Ægypti Assyrijs abstulerant a riuo Æ-  
 gypti usque Euphratēm restituit Ioakim regno suo sub  
 onere tributi anni, quod soluit 3 annis.

Ieremias c. 25 anno 4 regis Ioakim & Nabuchodonosor

*nosor regis Babylonis* conqueritur quod frustra Prophētarit ab anno 13 Iosia per 22 annos & amplius. In principio regni Joakim c. 27 Deus præceperat Ieremiam: *fac iibi vincula & catenas & pones eas in collo tuo.* Has per 15 fere annos portauit. Interea minabatur Ierosolima & templo c. 7 & 26 stans in porta seu atrio domus Domini, *dabo domum istam sicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.* Ob hæc apprehenditur a Sacerdotibus, & postulatur ad mortem: sed Principes & Seniores populi liberant illum, dicentes ψ. 16 Non est viro huic iudicium mortis, quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos, ut olim Micheas c. 3, 12 sub Ezechia, dum populus deprecatus est Dominum & liberatus ab obsidente Sennacherib per Angelum. Paulo post Rex Joakim misit Ieremiam in carcerem, Baruch scriba Ieremiam pusillanimis fit, & a Ieremiam reprehenditur c. 45 promissa ei securitate omnimoda: etiam in destructione Ierosolima. Itaque in carcere scribit Ieremias c. 36 omnia contra Israel & Iudam comminata, a diebus Iosiae ad finientem annum 4 Joakim. Hæc anno 5 mense 9 prædicato ieunio, prælegit Baruch omni populo in gazophilacio. Id audit Rex sedens in domo hiemali, & iussit librum Ieremiam afferri, quem igni iniecit & combussit. Deus mandat Ieremiam alium librum scribere, additis minis & sermonibus multo pluribus quam antea.

Cum Daniel 2 dicatur, in anno 2 regni Nabuchodonosor vidit Nabuchodonosor somnium, varijs cum Ricciolo intelligunt annum 2 regni a morte Patris, seu 604 ante Christum, dum Daniel adhuc iunior sub Asphenez præposito Eunuchorum erudiebatur Babylone, & nequit medietas triennij ad hoc constituti elapsa. Tirinus & alij annum 2 computant a superatis omnibus hostibus & ob-

tentis

tentâ Monarchiâ *Asie*, vietis tandem *Tyrijs* & *Ægyptijs*  
 seu anno 24 a morte patris & 582 ante *Christum*. Hi  
*Danieli* præponunt *Ezechielem* Prophetam, qui anno  
 ætatis 30, quarto mense anni, quinta mensis die, an-  
 no 5 transmigrationis *Joachin* seu *Iechonia* regis, 592  
 ante *Christum*, vidit c. i ventum turbinis ab aquilone,  
 & incepit Prophetare ac videre visiones Dei iuxta flu-  
 um *Chobar*: *Euphratem* vel rium *Euphratis* affluentis  
*Babylonem*, vbi *Ezechiel* cum *Iechonia* captiuus. Secun-  
 dum hos initium Prophetæ *Danielis* est historia *Su-  
 sanna* per *Danieli* Iuniorem liberatæ a calumnijs  
*Mæchorum Sedecia* & *Achab*, qui accusarant *Susannam*  
 adulterij. Calumniâ per puerum *Danieli* detectâ, cum  
 lapidandi essent a populo, iussu *Nabuchodonosor* regis  
 igne exulti. Ricc hanc historiam ponit anno 10 cap-  
 titiatis: *Tirinus* anno i *Sedecia*. Anno 7 regni *Joakim*  
 hic negat tributum *Chaldais*, confidens auxilijs *Ægypti*,  
 Eum ideo invadunt *Syri*, *Moabitæ*, *Ammonitæ* & *Chaldei*,  
 Tandem anno 11 a *Nabuchodonosor* occiditur, & cada-  
 uer extra *Jerosolimam* proiectum a bestijs deuoratur,  
 succedit ei filius *Joachin* seu *Iechonias* 18 annorum, 4.  
 Reg. 24. 2. Par. 36. 9: qui a *Nabuchodonosor* ob-  
 sessus se cum matre familiâ & proceribus regni, vtrō  
 tradit *Nabuchodonosori*, & transfertur *Babylonem* ac carce-  
 ratur. Eius loco *Nabuchodonosor* regem constituit pa-  
 trium eius *Mathaniam*, quem vocauit *Sedeciam*, Hic  
 erat tertius filius *Iosie* ( vnde tres *Iosie* filii successerunt  
 sibi in regno *Iuda*) sed tributarius *Chaldais*. Ipse etiam  
 tributum tandem negat, vnde anno 9 a *Nabuchodonosor*,  
 obsidetur. Anno 2 circumvallatio absoluitur. *Ægyptijs*  
 adventantibus ad soluendam obsidionem, *Chaldei* oc-  
 currunt repelluntque in *Ægyptum*. Obsessi *Jerosolimi-  
 tani* obsidionem solutam arbitrati, exorbitant iterum.

Sed citò Chaldaeī obsidionem resumunt ad expugnationem vsque. *Sedecias Rex* ad extrema redactus clam fugit versus Iericho, sed ab obſidentibus id advertentibus capitur cum filijs & Nobilibus, ad Nabuchodonosor in Reblata dicitur, vbi filijs ac Nobilibus coram se occisis excæcatur & captiuus cum reliquis in Babylonem, mittitur. *Nabuzardan Princeps militiae* muros deſtruit, urbem ac Templum ſuccedit, *Ieremiam* e carcere liberat, facultatem facit in Babylonem eundi, vel in Iudea habitandi vbi cumque vellet, & *Godolias Principi* reliquiarum commendat. Displicuit *Ammonitis* Godolias præfectoria, vnde *Ismael Godoliam* proditoriē occidit. Tum reliqui Iudei fugerunt in Aegyptum cum *Ieremias* vi ſecum abducto. Dum hic eos in Aegypto ob idolatriam increpat, lapidatur. Pergit Nabuchodonosor annis 5 expugnare Sydonem, Tyrum, Philisthaeos, Idumæos, Moabitæ, Ammonitas, Arabes, Aegyptios, Aethiopes, Elamitas ac tandem iuuante *Cyaxare* rege Medorum Affyrios euertendo funditus Niniuem caput Monarchiæ antiquæ, fitque Monarcha. Anno 2 Monarchiæ vidit ſomnium de statua cuius caput aureum, pectus argenteum, venter æneus, tibiæ & pedes ferrei ac ex parte fictiles. Statuam hanc euertit lapis vnicus. Somnium hoc obliuioni datum in memoriam regi reducit *Daniel* & interpretatur c. 2 & princeps cum 3 socijs constituitur super Provincias, Magistratus & Sapientes Babylonis. Postea ſuperbiens Nabuchodonosor c. 3 fecit statuam auream in campo Dura Provinciæ Babylonis, altitudinis 60 cubitorum, & latitudinis 6: Mandans eam dato ſigno ab omnibus adorari, ſub poena missionis in fornacem ignis ardentis. Chaldaeī id prompte faciunt, ſed Iudei Ananias, Mifael & Azarias recuſant: Ideoque ligati mituntur in fornacem & a Deo ſeruati, exeunt illæſi.

Tunc

Tunc *¶. 91 Nabuchodonosor Rex obftupuit, & decreuit:* omnis qui locutus fuerit blasphemiam contra Deum sidrach. Misach & Abdenago dispereat, & domus eius vastetur: Neque enim est alius Deus qui possit ita saluare. Post hæc c. 4 vidit somnium de arbore celsissima & rem plente totam terram, sed exscindenda, Daniel interpre-tatur, quod ad 7 annos esset futurus phreneticus, in-ter feras habitatus, & deinde sanæ menti ac regno restituendus. Post annum superbè inquiens *¶. 27 Nonne hac est Babylon magna quam ego adificavi in domum regni?* electus est ab hominibus & cum feris phreneticus 7 annis habitauit. Sanæ menti restitutus regem cæli laudauit, qui *gradientes in superbia ¶. 34 potest humilia-re.* Probabiliter postea Deum verum coluit, pænituit & saluatus est. A phrenesis initio Evilmerodach cum patre regnare cœpit, & post mortem eius mox Jechoniam e carcere liberauit, 4. Reg. 25. 28 locutus est ei benignè & eleuauit Thronum eius super alios reges Babylone captiuos. Comedebat semper in conspectu Nabuchodo-nosor, & ab eo annonam accipiebat ad diem mortis suæ. mansit itaque rex in ipsa captiuitate, eique successit in regno Jechonias filius, qui genuit Salathielem patrem Zorobabelis. Soror Evilmerodach nupserat Niriglissaro. qui Evilmerodach, prole parentem occidit, vt filius suus Balthassar succederet in Monarchia, vt legitimus hæ-res, pro hoc 4 annis administrait regnum, quia iunior erat, postea per se regnum administrait 9 mensibus. Sub Balthasar aliqui ponunt missionem Danielis in lacum leonum ob destructum Bel & interfectum draconem vrgentibus Babylony. Alij hanc differunt ad Monarchiam Cyri, quia c. 13. 65 dicitur: Rex Aſyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perſes regnum eius. Mox c. 14 sequitur Historia Bel & Draconis.

S. Scriptura hinc inde agit de paucis regibus Medorum: <i>Arphaxat.</i> seu <i>Cardicea:</i> <i>Cyaxare:</i> <i>Astyage.</i> De <b>Chaldaeis:</b> <i>Baladan,</i> <i>Merodag,</i> <i>Nabuchodonosor II.</i> & <i>III.</i> <i>Evilmerodag,</i> <i>Balthasar,</i> <i>Dario.</i> De <i>Affyrijs:</i> <i>Phul,</i> <i>Teglatphal:</i> <i>Salman:</i> <i>Sennach:</i> <i>Assarhaddon:</i> <i>Nabuchod.</i> , I.	
Reg. Mediae. An. Re. ant. Chr.	Reg. Chald. An. Reg. a Chr.
1. Arbaces 28. 863	1. Belesus, incerti. 863
2. Mandaues 50. 836	2. Nabonassar 26. 747
3. Sosarmus 30. 786	3. Merdokemp. 23. 721
4. Artycas 50. 756	4. Nabuchod. I. 13. 698
5. Cardiceas 22. 706	5. Ign. vel int. 60. 685
6. Deioces 40. 684	6. Nabopolassar 21. 626
7. Phraortes 22. 644	7. Nabuch. III. 43. 605
8. Cyaxares 40. 622	Vincit Necho 604
9. Astyages 35. 582	Tyrum obsidit & Jer. 599
Hic mor. expuls. a Cy. 547	Joakim necat. 596
Reg. Affyriae. An Reg. a Chr.	Sedeciam obsidet 589
1. Phulbelochus 48. 863	Jerusalem destruit 586
2. Ignobilis Phu. 31. 815	Tyrum & vicina 585
3. Phul III. 34. 784	Arabes & Ægyptios 584
4. Teglatphalasar 23. 750	Æthiopes & Elamitas 583
5. Salmanasar 10. 727	Niniven & reliquos 582
6. Sennacherib 7. 717	Fit Monarc, Babyl. 581
7. Assarhaddon 13. 710	Videt somnium stat. 579
8. Nabuchodon. 14. 697	Erigit statuam 578
Hic moritur 683	Videt somnium arb. 573
Ignobilis inter. 101 ad 582	Eycitur phreneticus 572
quo Nabuchod. III. delet	Instar feræ viuit ad 564
funditus Niniven.	Moritur, & succedit 563
	8. Evilmerodagh 2. 562
	9. Balthasar nep. 5. 560
	10. Darius Medus 17. 554
	a Cyro expulsus 536
	Anno

Anno 1 regni Balthasar a morte Evilmerodag, vidit Daniel c. 7 visionem de 4 cæli ventis & 4 bestijs terræ pugnantibus inter se. Visio hæc signabat 4 Monarchias, vel 4 regna futura eorumque reges, inter se pugnatores, Anno 3 eiusdem vidit c. 8 arietem cornibus ventilantem contra occidentem & contra aquilonem & contra meridiem, & omnes bestiæ non poterant resistere ei. Hic præsignabat Cyrus regem Persarum, Monarcham in Asia cum successoribus. Hunc hircus Alexander Macedo, tandem debellat. ¶ 20 aries Rex Medorum est atque Persarum, hircus caprarum rex Græcorum est. Balthasar mense ultimo regni c. 5 fecit grande conuiuum Optimatibus suis mille. Bibebant temulentí vinum ex vasis aureis & argenteis Templi Salomonis, & laudabant Idola sua. Tum apparuerunt e regione regis digitis scribentes in pariete: MANE, TECHEL, PHARES. Solus Daniel hæc verba regi interpretatus est, & ¶ 30 eadem nocte imperfectus est Baltassar Rex Chaldaeus. & Darius Medus successit. Hic c. 6 constituit Satrapas 120 & super hos Principes 3. Potior horum Daniel, cui reliqui invidebant: hinc machinabantur ei titulo cultus Dei, & efficerunt ut conderetur lex de solo rege Dario 30 diebus adorando. Titulo transgressionis mittitur Daniel in lacum Leonum Dario coacto ut consentiret, die altero a Leonibus intactus per Darium liberatur, accusatoribus in lacum missis & mox deuoratis a Leonibus, hæc gesta sub initium anni 1 Darij. Eodem anno Archangelus Gabriel Danieli assiduè oranti pro liberatione e captiuitate Babylonica reuelat liberationem hanc & insuper adventum Messiae post 70 hebdomades abbreviatas, Annorum inchoandorum ab anno 20 Artaxerxis Longimanni c. 9. 24. Quia Darius Medus Hebreis fauebat, Daniel c. 11 continuo orabat ut confortaretur & robora-

retur, Reuelatur ei: adhuc 3 reges stabunt in Perside: Cyrus, Cambyses, Darius Histaspis, & quartus Xerxes dicitabitur opibus nimis super omnes. Postea surget Rex fortis Artaxerxes & faciet quod placuerit ei. Hi fautores Judæorum. Cyrus expulso Dario Medo fit Monarcha & Esd. I permittit Judæis redditum in terram suam soluendo captiuitatem Babyloniam. Congregantur sub zorobabele duce & Iosue Pontifice 50000, redditis vasis templi 5400, veneruntque iu Judæam & ciuitates inhabitate cæperunt mensis 3 initio. c. 3 pro mense 7 præpararunt Jerosolimis altare, & a 1 die mensis 6 cæperunt offerre holocaustum Domino: celebrarunt solemnitatem Tabernaculorum: iuge sacrificium mane & vespere obtulerunt. Insuper 8 anno 2 adventus eorum Mensa 2. seu Thisri posita fundamenta Templi reædificandi, ut concesserat Cyrus. Huic a Tomyri reginâ Scytharum in bello Massagetarum occiso succedit filius Cambyses. Hic instigantibus Judæorum hostibus vetat ædificationem ciuitatis; unde Judæi simul cessant ab ædificando Templo, ne vt inobedientes apud Cambysem traducerentur. Tunc c. 4. 24 intermissum est opus domus Domini in Ierusalem usque ad annum 2 Darij regis Persarum. Hic Cambyse occiso, post tyrannum Oropastum anno altero successit per electionem 7 Magorum. Prophetant sub Darij huius anno 2 Aggeus mense 6 & Zacharias mensis 8 vrgendo reædificationem Templi, frustra opponentibus hostibus c. 5: quia Darius reperto Edicto Cyri regis c. 6 illud renouat, concedendo facultatem resumendi fabricam Templi, quod completum est anno 6 Darij, die 3 Adar 15. Anno 7 celebrarunt Phase die 14 Nisan. Darius contra Græcos pergens cum copioso exercitu, in campis Marathonijs, vincitur a Græcis, duce Miltiade cum 10000 pugnante contra 30000 Persas

Perfas anno 490 ante Christum in autumno. Obiit Darius 486 & succedit ei filius Xerxes natu minimus eo quod eum genuisset ex Atossa Cyri filia. Hic resumit expeditionem naualem contra Graecos, anno 472 constitudo pro absentiae suae tempore Artaxerxes filium regem. Pugnat prope Salaminam in mari Mediterraneo contra Graecos, & vincitur 23 septembris fugitque in Asia: septennio post moritur & Artaxerxes filius solus regnare incipit. Hic contra Graecos nil attentauit, quorum proinde potentia magis magisque creuit. Vxor eius erat Vasthi repudianda post 6 annos ob inobedientiam contra regem Esther c. 1. Itaque Historia Esther contigit sub Assuero seu Artaxerxes longimanno, dicto maximo, Esther c. 12; Quia regnabat super 127 Provincias ab India vsque Ethiopia circa Aegyptum inclusuē, omnemque terram & cunctas maris Insulas fecerat tributarias. Anno huius 2. Mardochæus Iudeus de tribu Beniamin, in auro aut proauo translatus cum Iechonia Rege Iuda in Babylonem, habitabat in Susa cum Eddisa seu Esther filia sui fratri Abihail: & vidi somnum diuinitus immisum, non verò diabolicum aut naturale, illudque diligenter obseruauit. Hoc somnum dat materiam Historiae Esther. Anno 3 Artaxerxes solemniter coronatus Susis, sedet in solio regni sui c. 1. Et conuiuum fecit Provinciarum Principibus & praefectis 180 diebus per ordinem. Dein 7 diebus fecit conuiuum omnibus habitantibus in Susa per vices. Die 7 vocat Reginam Vasthi ad se, quæ venire recusat, & ideo de Consilio assidentium Regi repudiatur, c. 2. Conquiruntur vndique speciosæ virgines in vxores Regis secundarias, ex quibus vnam eligat in Reginam. Inter nouissimas adducta Esther neptis Mardochæi, quæ placuit Egeo Praeposito, & habuit specialem eius curam dando

7 pedissequas. Virgines hæ per ordinem, vt venerant vno anno præparabantur. 6 Mensibus oleo mirrino vngebantur, & 6 quibusdam vnguentis & aromatibus vtebantur. Quæ vespere ad Regem intrabat, fiebat vxor eius secundaria, & mane transibat ad ædes concubinarum. Anno 7 mense 10 *Esther* ducta est ad cubiculum Regis, quæ placuit præ omnibus, & electa est in uxorem primariam ac Reginam celebratis solemnisibus nuptijs & elargitis muneribus. Post hæc c. 3. Rex exaltauit *Aman* animo & gente *Macedonem*, de stirpe *Agag* Regis *Amalec*, cuius maiores profugerant in *Macedoniam*. Sicut populus Regem in publicum procedentem adorabat politicē & venerabatur, ita præcipiente Rege & *Aman* adorari & venerari debebat, vt secundus a Rege. Id faciebant omnes vno *Mardocheo* excepto, qui advertebat, quod superbissimus *Aman* exigeret cultum plus quam politicum. c. 2, & c. 12 refertur Historia machinationis in vitam Regis per duos Janitores portæ interioris palatijs, quam detexit Mardocheus ac per Reginam *Esther* Regi denuntiauit, res examinata & convicti Janitores suspensi sunt. Eiusdem criminis tum vel postea reus *Aman* c. 16. Ob mortem Janitorum Mardocheo denuntiante insidias, & negatam adoracionem, *Aman* insidiabatur Judæis in 127 Regis Provincijs. Hos apud Regem denigravit vt seditiones, legum contemptores ac priuatis legibus & cæremonijs viuentes, regno perniciosos, petens omnes deleri, & promittens 10000 talenta argenti in ærarium Regis, ad compensationem tributi per eos præstandi. Rex dedit annulum suum *Aman* ad expediendum & publicandum decretum, quo iubebantur Judæi in 127 Provincijs interfici 13 Adar mensis 12. Mox decretum publicatur & affigitur in Susan. Tenor refertur c. 13 suggestus ab

*Aman*

Aman , tunc sapientia & fide omnes Consiliarios præcellente.

Mardochæus hæc intelligens exit palatio, sacco induitur scissis vestibus suis , cinerem imponit capiti . & in plateis medijs ac maioribus ciuitatis ostendebat amaritudinem animi sui : eiulans usque ad fores palatij. Similia faciebant in Susan & ubique Iudei. Hæc audiens Esther ex Eunuchis & puellis suis , misit Mardochæo vestem, ut eam indueretur sacco abiecto : sed noluit accipere. Petijt igitur per Athach eunuchum suum causam talis facti, & Mardochæus informauit eunuchum dans exemplar Decreti , Mandans ut accederet Regem ac deprecaretur pro populo suo. Exculavit se Esther dicens : a 30 diebus non sum vocata ad Regem, & si non vocata accedam rea ero mortis mox interficienda, nisi Rex clementer porrigat virgam auream. Instat Mardochæus ut intret equidem ad Regem. Tum Esther indicit sibi ancillis & omnibus Iudeis in Susan triduanum ieunium & orationes , promittens ingressum ad Regem contra legem cum evidenti vitæ periculo. Ieiunauit & orauit Mardochæus c. 13 & Esther c. 14 omnesque Iudei , & expleto die tertio Esther vestita est vestimentis gloriæ suæ c. 15. Et innixa vni puellæ , altera defluentia vestimenta sustentante accessit ad Regem in throno sedentem non vocata : quem videns & tremens corruit super ancillam suam in pallorem roseo colore mutato. Rex metuens exiliuit de solio & sustentauit eam , ac virgam auream collo eius imposuit & osculatus est eam ab blandiendo. Cumque Esther loqueretur Regi rursum corruit , & pœnè exanimata est. Rex c. 5. offert ut petat quod vult, promittens se daturum. Petit ut cum Aman veniat ad prandium præparatum. Annuit Rex, & iubet Aman vocati ad conuiuum Reginæ. offerit iterat

iterato; idem. *Eſther* petit, vt & ſequenti die veniant. *Aman* a conuiuo exiens iterum offenditur, *Mardochæo* ne de loco quidem ſe mouente. Hinc vxor & amici conſulunt, vt præparet ei patibulum, ac in eo de confenuſu Regis die ſequenti ſuspendatur, ſicque laetus cum Rege eat ad conuiuum *Eſther* Reginæ, c. 6. Rex *Assuerus* partem bonam noctis illius duxit inſomnem: lectisque coram ſe Annalibus occurrit, Deo providente, Historia inſidiarum a *Mardochæo* detectarum. Petit Rex; quid mercedis pro ea fidelitate *Mardochæus* accepit. Respondeatur: nihil omnino; nempe condignum tantæ fideli-tati. Tum Rex: quis est in Atrio? respondet: *Aman*. Hic Mane acceſſerat ad petendam a Rege licentiam ſuspendendi *Mardochæum* in præparato patibulo. Huic ingresso proponit Rex: quid fieri debet ei quem Rex honorare vult? persuadens ſibi superbus *Aman*, ſe ho-norandum, respondit eum quaſi Regem per *Susan* deducendum & proclaimandum a primo Principe aulæ. Præcepit ei Rex: ita fac *Mardochæo Iudeo* qui ſedet ad portam Palatij. *Aman* volens nolens exequitur manda-tum, & vix reuersus, ab Eunucho *Harbona* vocatur ad Reginæ conuiuum, ac videt ea occaſione patibulum *Mardochæo* præparatum, vt diſcit ex domesticis *Aman*, Sub conuiuo Rex exhilaratus, petit iterato ab *Eſther*: quæ eſt petitio tua, & quid viſ fieri? etiamſi dimidium regni petieris dabo tibi. Tum *Eſther* petiſt; ſolam vitam ſuam & populi, fatendo ſe Iudeam & *Mardochæum* eſſe Patruum ſuum. Petit Rex, quis vitæ inſidietur? reſpon-dit *Eſther*: Hostis noster pefſimus *Aman*, cuius iniui-tas redundant in Regem. Rex itatus intravit hortum & rediens reperit *Aman* in lecto *Eſther*, ac dicebat; ¶ 8 etiam reginam vult opprimere me preſente in domo mea? mox apprehenditur & in patibulo ſuspenditur, quod

parauerat Mardochæo. Hic a rege exaltatur: annulo & officio Aman honoratur c. 8: litteræ de Iudæis occidentis nouis litteris irritantur, quæ citissimè deferuntur, & 13 mensis Adar Iudæi steterunt pro animabus suis occidendo invasores suos c. 9. Ita ut in Susan 500 viros interficerent, præter 10 filios Aman, quorum tamen bona tangere noluerunt, Altera die cadauera Aman & 10 filiorum extra urbem suspensa sunt. Tum celebrarunt Judæi vbiique 15 Adar diem Phurim seu fortium, & lex de eo quotannis seruando condita est a Mardochæo. Edictum Assueri habes c. 16 cuius coronis, ¶. 22 & vos inter cæteros festos dies, hanc habetote diem, & celebrate eam cum omni lætitia .... omnis autem Provincia & ciuitas, quæ noluerit Solemnitatis huius esse particeps, gladio & igne pereat, & sic deleatur, ut non solum hominibus, sed etiam bestijs invia sit in sempiternum pro exemplo contemptus & inobedientia.

Assuerus eodem anno 7 regni a morte patris concessit Esdræ Sacerdoti, in fauorem Iudaorum 1. Esd. c. 7 omnem petitionem eius, misitque ad visitandam nomine suo Iudeam & Iudaos. Hic venit cum omni comitatu Ierosolimam mense 5, & 1 die mensis 1 exierat Babylone, post indicta & seruata ieunia ac preces pro filici itinere. Edictum regis ¶. 25 mandat: tu autem Esdra .... constitue Judices & Praesides, ut iudicent omni populo qui est trans Iutenum. His videlicet, qui nouerunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui & legem Regis diligenter, iudicium erit de eo, siue in mortem, siue in exilium, siue in condemnationem substantiæ eius, vel certè in carcerem, Veniens Esdras Ierosolimam cum suis quieuit triduo c.8. 33. Die autem 4. appensum est argentum & aurum & vasæ in Domo Dei: & ¶. 36 dederunt Edicta regis Satrapis, qui erant de con-

Spectu regis, & ducibus trans flumem, & eleuauerunt populum & Domum Dei. His completis Principes denuntiant Esdræ c. 9 quod multi Hebrei iniissent coniugia cum gentilibus: etiam Sacerdotes & Leuitæ; imo manus Principum & Magistratum fuit in transgressione hac prima. Desuper afflictus Esdras fleuit vestes scidit, genua curuauit c. 9 & orauit instanter, ut Dominus Deus misereretur, & parceret. Congregatur c. 10 coetus grandis de Israel & concludit Esdras omnibus consentientibus uxores alienigenas repudiandas: constituuntur executores sententia huius, & nominantur varij rei. Dum Esdras Iudeorum exorbitantium reformationi sedulo incumbit, Nehemias pincerna erat Artaxerxis siue Assueri 2. Esd. 1. Huius anno 20 currente mense Castreni venit Hanani cum alijs de Iudea, & Nehemias nuntiavit afflictionem magnam Iudeorum in Iudea, murum Ierusalem dissipatum, & portas exustas. Nehemias his auditis doluit, fleuit, Jeiunauit & orauit instanter Deum. Anno 20 completo, mense Nisan anni 21 c. 2 Nehemias quasi languidus præ dolore & ieunijs, porrigebat regi vinum. Causam rogatus respondit regi quia ciuitas domus sepulcrorum patris mei deferta est, & portæ eius combustæ sunt igni. Ideo rogauit mitti in Iudeam. Mittitur a rege & reginâ Esther &c fuit Dux in Iudea ab anno 20 regis ad 32 cum mandato & subsidijs ad ædificandos muros, portas & domos Ierusalem. Hinc incipiunt 70 Hebrei nades abbreviatæ Danielis, sub quarum ultima vixit & est passus Christus: cœlos ascendit & hominibus resserauit. Nehemias ¶. 11 cum principibus militum & equitibus a rege sibi datis venit in Ierusalem, tribusque diebus quiœuit. Tum noctu lustrauit ruinas murorum & portarum ubique. Die 4 dixit Magistratibus: Venite & ædificemus muros Ierusalem, & non simus ultra op-

probrium ... & confortata sunt manus eorum in bono. Ierusalem c. 3 reædificare incipiunt Iudei de Ierusalem & aliunde conuocati : nempe portas gregis , piscium, veterem, vallis , sterquilini , fontis , domus Eliasib , aquarum, equorum, iudiciale , orientale ; dein murum platea latioris, turrim furnorum, domum fortium & alia multa. Se opponunt pro viribus perfectioni murorum Samaritai . Ammonitæ Azotij alijque vicini ; sed Nehemias ordinat, ut pars populi contra hostes pugnet per vices , & pars ædificare pergit : itaque insidijs omnibus superatis complentur portæ , muri & turre c. 4. tempore 62 dierum, quia nec vestimenta deponebant operarij , aut milites , sed ¶. 23 tantum nudabantur ad Baptismum seu lotionem corporis. Restauratâ ciuitate, pergit Nehemias reformare abusus , corripiendo c. 5 auarcos & usurarios sub fame publica : separando c. 9 alienigenas in conjugijs : prælegendo populo mense 7 verba legis & celebrando festum Tabernaculorum c. 8 : fœdus cum Domino feriendo , quod signatur c. 10 per Principes Sacerdotum & populi.

Finitâ *Affueri Historia* tacet S. Textus de reliquis sex Monarchis Persarum & transit ad Monarchiam Græcorum i. Mach. i inchoatam , dum Alexander magnus vice Darium Codomannum, ultimum Monarcham Persarum & Medoram Kalendis octob. in campo Gaugamele ac obtinuit Africam & Asiam usque ad Gangem. Antea fundarat & perfecerat Alexandriam in Ægypto , relieto ibi Cleomene Præfecto Ægypti. Moritur veneno vel crapulâ, sed præuié diuidit regna sua ¶. 7 cum adhuc viueret Nobilioribus Ducibus. Philippus Ariadæus frater Alexandri a Macedonibus Rex electus est. Ab hinc incipit æra Alexandri seu Philippica , a prima die primi Ægyptiorum mensis Thot seu 12 Novembris. Hic Satrapiam Ægypti

de dicit Ptolemaeo filio Notho Philiippi patris sui , sed putatio filio Lagi , quia Philippus Macedo Matrem Ptolemaei iam a se imprægnatam dederat in uxorem Lago satelliti suo . Hic Ptolemeus Lagi occiso Cleomene occupauit regnum Ægypti , & ab hoc reges successores dicti sunt Ptolemaei . Durauit regnum sub 14 regibus 300 circiter annis . Alexander moriens dederat Laomedonii Syriam hunc aliosque vicit Seleucus Nicanor factus Syri Rex anno 322 ante Christum . Hinc incipiunt anni Regni Græcorum a Nisan in libro I . Pueri igitur Alexandri ¶ 9 obtinuerunt regnum unusquisque in loco suo , & imposuerunt omnes sibi diademata post mortem eius , & filij eorum post eos annis multis & multiplicata sunt mala in terra Iuda . Durauit regnum Syriae sub 24 regibus 247 annis circiter ad Antiochum XI .

Ptolemaeus Lagi sub finem vitæ coassumpsit filium iu niorem Philadelphum in regem Ægypti , filio seniore Ptol . Kerauno facto rege Macedoniae . Sub Ptol . Philadelpho an . 285 ante Christ . 72 Interpretes , 72 diebus transtulerunt totam S . Scripturam tunc extantem ex Hebræo in Græcum viuente adhuc Ptol . Lagi & Demetrio Phalereo Bibliothecario in aula versante . De 100 primis annis regibusque tum regnantibus nil refert S . Textus . Liber 3 Mach . sed ordine Historiæ primus , est extra S . Canonem narrat prælium Ptol . Philopatoris contra Antiochum Magnum , III istius nominis , eo quod multa loca astraxisset Philopatori , Superatur Antiochus III : unde Iudæi congratulantur victori , qui & venit Ierosolimam & obtulit multa munera ; sed volens intrare Sanctum Templi , imo SANCTUM SANCTORUM a Sacerdotibus Impeditur : dumque vim adhibet , ad mortem flagellatur , ab Angelis . Hinc extremam concipit iram , vult que Iudaos totaliter delere . Id aggreditur 3 vicibus per furi-

furibundos elephantes , sed diuinitus impeditur , ele-  
phantis suum militem aggredientibus. Mutat igitur sen-  
tentiam & Iudeos in Ægypto afflitos , conuiuijs exceptos ,  
cum saluo conducto liberos dimittit , & cessat ab ulter-  
ioribus grauaminibus. Philopator moriens relinquit fi-  
lium Ptol. Epiphanem quinquennem sub tutela Romano-  
rum per testamentum. Hi tutelam acceptant. Ptol. E-  
piphanes adultus accipit Cleopatram Antiochi III filiam  
vxorem gignens ex ea Ptol. Philometorem & Ptol. Ever-  
getem II seu Phiscon. Antiochus III etiam pugnauit con-  
tra Romanum exercitum in Afia Minore Duce exercitus  
Scipione. Ab hoc superatus , captus , ad obsidem dandum  
filium iuniorem Antiochum Epiphanem , & ad tributum  
annuum redactus est. 1. Mach. 8. 6 Antiochum Mag-  
num regem Asie , qui eis Romanis pugnam intulerat habens  
120 Elephantos & equitatum & currus & exercitum mag-  
num valde , contritum ab eis audiuit Judas Machabæus : &  
quia ceperunt eum vinum & statuerunt ei pro lytro ut daret  
ipse & qui regnarent post ipsum tributum Magnum & daret  
obsides & constitutum & regionem Indorum & Medos &  
Lydos de optimis regionibus eorum , & acceptas ab eis dede-  
runt Eumeni regi. Filius senior Antiochi III erat Seleu-  
cus IV. Hic de redditibus suis præstabat 2. Mach. 3. 3  
omnes sumptus ad rationem sacrificiorum pertinentes , regi-  
bus , & Principibus templum summo honore dignum  
ducentibus , & maximis muneribus illustrantibus. Oni-  
as III dictus Sanctus erat Pontifex resistens impijs om-  
niue impietati. Simon præpositus Templi iuit ad Apol-  
lonium Tharsæ filium ducem Cœlesyriae & Phœnicis , nun-  
tians ei pecunijs innumerabilibus plenum esse ærarium  
Ierosolimis , que non pertinent ad rationem sacrificiorum  
¶. 6 esse autem possibile sub potestate regis cadere vniuersa.  
Apollonius hæc refert Seleuco regi , qui Heliodorum misit

cum mandatis ad dictam pecuniam Profanam transpor-  
tandam. *Heliodorus* festinat implere mandatum, sed in-  
star *Philopatoris* supra ad mortem utrimque flagellatus  
ex templo & ærario electus: *mutus* p. 29 atque omni spe  
& salute priuatus, donec pro eo oraret *Onias* Pontifex.  
Tum ijdem angeli qui flagellarant, mandarunt ei; *Onias*  
*Sacerdoti* gratias age, nam propter eum Dominus tibi vitam  
donauit. Ita fecit, & testatus est coram Seleuco & palam  
p. 39 qui habet in cælis habitationem visitator & adiutor  
est loci illius, & venientes ad male faciendum percutit ac per-  
dit. *Onias* Pontifex ad omnia sedanda c. 4 pergit An-  
tiochiam ad regem, & bene exceptus revertitur. Post Se-  
leuci vita excessum suscepit regnum *Antiochus* qui nobilis  
appellabatur. Hic 1. Mach. 1. 11 vocatur: radix pec-  
carix, *Antiochus* illustris filius *Antiochi* III regis, qui  
*Antiochus* illustris seu *Epiphanes* fuerat Romæ obses, &  
regnauit in anno 137 regni græcorum. Tum exierunt ex  
*Israel* filii iniqui suadentes gentilismum, & abierunt ad  
regem *Antiochum* illustrem eo fine. Hic tyrannicè in-  
vasit regnum fratris defuncti, quod de iure debebatur  
*Demetrio* filio fratris mortui. Hunc Tyrannum adiit *Ia-*  
*son* frater *Onias* sancti. 2. Mach. 4. 7 ambiens summum  
*Sacerdotium*, & promittens 590 talenta argenti. An-  
nuit rex & fit usurpator summi Sacerdotij fratris sui,  
quem captiuat: gentilismi gymnasia & vitia inducit,  
Sacerdotes populumque pervertit, & *Herculi* in quin-  
quennali agone *Tyri* celebrando rege *Antiocho* præsente  
in sacrificia offert argenti didragmas 300 e Sacra pecu-  
nia. Hanc *Antiochus* impedit ad ædificationem nau-  
um pro sua prima expeditione in Ægyptum Duce *Apollo-*  
*nio Mnestei* filio. Hæc expeditio *Apollonij* irrita fuit p.  
21 propter Primates *Ptolemæi* *Philometoris* regis *Apollo-*  
nium repellentes, & *Antiochum* si adsuerit. Hic pro-  
p. 95

pris utilitatibus consulens profectus inde venit Ioppen, & inde Ierosolimam. Magnifice & Iason & ciuitate susceptus inde in Phænicem exercitum convertit nemini nocendo.

Post triennij tempus misit Iason pecunias ad Antiochum per Menelaum fratrem Simonis Præpositi templi supra & proditoris. Hic promittendo 300 talenta amplius obtinuit Pontificatum ab Antiocho, & usurpatum, fugiente Iasonem in Ammonitidem. Cum Menelaus promissa talenta soluere non posset, amotus est a Pontificatu succedente Lysimacho fratre suo. Cum hæc p. 30 agerentur, contigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere. Rex venit sedare illos, reliquo suffecto Andronico. Menelaus interea spoliat templum: unde corripitur ab Onia Santos ideo Menelaus rogat Andronicum ut Oniam interficiat, & fit, omnibus id ægré ferentibus: etiam Antiocho reges qui reuersus e Cilicia Andronicum eo loco, quo Oniam occiderat iussit vitâ priuari. Lysimachus circa ærarium occisus; sed pessimus Menelaus dolosé evanescit. His expeditis c. 5 Antiochus secundam profectionem paravit in Ægyptum, spectris 14 diebus Ierosolimis apparentibus: qua propter omnes roga bant in bonum monstra converti. Antiochus 1. Mach. 1. 18 intravit in Ægyptum in multitudine graui in curribus & elephantis & equitibus & copiosa nauium multitudine sub praetextu visitandi & propugnandi affines suos; sed animo regnum Ægypti invadendi. Constituit bellum adversus Ptolemaum Philometorem regem Ægypti, & veritus Ptol. fugit & Antiochus comprehendit ciuitates munitas, & accepit spolia terræ Ægypti. Tum advenit Classis Romanorum mandans Antiocho ut Ægypto mox exeat. Metu belli obedit Romanis reliqua Ægypto, ascendens anno 143 græcorum Ierosolimam in multitudine graui. Interea in Iudæa rumor erat, quod Antiochus in Ægypto occisus esset ab exercitu

Romanorum. Hinc Jason repente aggressus est Ierosolimam 2. Mach. 5 & cepit. Menelaus fugit in arce. Antiocho accedente fugit iterum in Ammonitidem : inde in Arabiam ac Ægyptum & Lacedemonas ubi mortuus sepultus caruit. Antiochus igitur Ierosolimam armis cepit , & ¶. 12 iussit militibus interficere, qui sub triduo interfecerunt 80000 : captiuarunt 40000 & in seruos vendiderunt 40000. Ipse duce Menelao templum ingressus & ipsam 1. Machi. 23 sanctificationem cum superbia,cepit altare aureum timi amatis candelabrum luminis & universa vasa eius, mensam propositionis &c. in summa abstulit de templo 1800 talenta. Hæc Antiocho permisit Deus propter peccata inhabitantium Ierusalem, non autem Ptol. Philopatori aut Heliodoro. Antiochus Antiochiam rediens reliquit Ierosolimis Philippum Phrygem, 2. Mach. 5. 22 moribus crudeliorem eo ipso a quo constitutus est : in Garisim autem Andronicum ( alium ab occiso c. 4. 38) & Menelaum. Præterea misit Apollonium odiosum principem cum 22000 , qui die Sabbathi ingenitum multitudinem occiderunt. Paulò post c 6 misit senem quemdam Antiochenum, qui Iudaos compelleret ad gentilismum , templum Salomonis nominando Iouis Olympij & collocando ibi statuam Iouis olympij, ac in Garisim statuam Iouis hospitalis, Qui nolebant transire ad Instituta gentium crudeliter occidebantur : duæ mulieres quæ filios circumciderant , his ad vbera suspensae muris præcipitabantur : Sabbathum in speluncis latenter celebrantes & proditi Philippo Præfecto ¶. 11 flammis succensi sunt , eo quod verebantur propter Religionem & observantiam Sabbathi se defendere & manu sibi met auxilium ferre, In tantis aduersis nullus defensor. Insuper 1. Mach. 1. 30 post duos annos dierum. Misit Rex principem tributorum in ciuitates Iuda, & venit in Ierusa-

lem & ¶. 35 Ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno  
 & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem, &  
 posuerunt illic gentem peccatricem, & facti sunt in laqueum  
 magnum. Tum scripsit rex Antiochus omni regno suo, ut esset  
 omnis populus unus, & relinquere uniusquisque legem suam,  
 sacrificando idolis more regni, multique consenserunt.  
 Cæteri coacti vel martyrio coronati. Anno 145 die 15  
 Casleu ¶. 57 edificauit Rex Antiochus abominandum Idol-  
 lum desolationis super altare Dei in Templo Salomonis.  
 die 25 sacrificabant Idolis super aram, quæ erat contra  
 altare. Tum ¶. 65 multi de populo Israel definierunt apud  
 se, ut non manducarent immunda, & elegerunt magis mori,  
 quam cibis coquinari immundis: & noluerunt infringere  
 legem Dei Sanctam, & trucidati sunt: veri Martyres. Mil-  
 le similes habes c. 2. Qui die Sabbathi, in deserto ad  
 prælium provocati, nisi obedirent Antiocho regi, malue-  
 runt non pugnare & mori in simplicitate sua ¶. 38.  
 Dum res Iudaorum desperatae apparebant, surrexit Ma-  
 thathias cum 5 filijs, mandata impij eludens, Iudeos de-  
 fendens & vindicans, ac resoluens ¶. 41 omnis homo  
 quicumque venerit ad nos in bello in die Sabbathorum, pugne-  
 mus contra eum, & non moriamur omnes, "sicut mortui  
 sunt fratres nostri in occultis, & alij pij in legis obseruan-  
 tia vbique occidebantur. Tunc Eleazarus nonagenarius  
 2. Mach. 6 nolens comedere cibos vetitos, nec simu-  
 lare, occiditur vti 7 fratres cum Matre post atrocia  
 tormenta & mortem suspirantes ad gloriosam carnis re-  
 surrectionem, & prædicentes crudeli Antiocho diuinam  
 vindictam. Iunior e septem prophetabat c. 7. 38 in me  
 & in fratribus meis desinet omnipotentis ira. Itaque Matha-  
 thias cum Aſideis alijsque multis voluntarijs Antiochi  
 duces expugnare incipit, & moriens Simonem filium in  
 consiliarium, & Iudam in Principem Militiæ statuit.

Mortuo **Onia** cessabat summus Pontificatus, quem **Mathathias** administravit donec moreretur an. 146 regni **Græcorum**; succedit ei **Iudas Machabæus**. Hic c. 1. Mach. 3 impios seu apostatas **Iudeos** trucidat, Apollonium ducem **Antiochi** occidit exercitumque delet: **Seronem Syriae** Principem conterit & ubique præualet. Audiens hæc **Epiphanes** medietatem militiæ assumens pergit in orientem ad conquirendas pecunias & contributiones pro bello, & medietatem alteram committit **Lysia**, ut expugnet **Iudeos**. Hic anno 147 mittit c. 4 **Nicanorem** & **Gorgiam** cum 47000. **Iudas** pænitentijs orationibus & ieiunijs Deum sibi placat, & suos ad constantiam hortatus cum 3000 hostem profligat ac fugat, spolijs completâ miraculosa victoriâ diuisis in pauperes debiles orphans & viduas. Anno 148 venit **Lysias** ipse cum 65000, quem **Iudas** cum 10000 totaliter profligauit, fugiente **Lysia Antiochiam** ad reparandum exercitum. Interea **Iudas** cum suis obtinet **Ierosolimam**, & renouat ac purgat templum: erigit altare nouum holocaustorum ac **Timiamatis**, candelabrum, mensam &c. celebratque dedicationem 25. Casleu per 8 dies: puta in **Decembri** seu hieme **Ian. 10, 22.** Pergit **Iudas** cum fratribus c. 5 debellare alios hostes vicinos, offendos ob renouatum templum: **Idumæos** **Madianitas**, **Ammonitas**, **Galaaditas**, **Sidonios** & **Tyrios**: ac integro suorum numero revertitur **Ierosolimam** Deo gratias agens pro victorijs & sacrificans. Infelix interea fuit **Epiphanis** expeditio in Orientem: nam c. 6. nil obtinuit, ubique repulsus est, **Elimaide** expulsus fugit in **Babylonem**: auditis infortunijs suis in **Iudea**, quasi furiosus iubet agitari currum suum, corruit & grauiter vulneratur, infirmatur, a vermis consumitur & miserè moritur, substituto rege filio suo **Eupatore**, cui moriens in tutorem dat **Philippum**, cum in

in discessu e Syria dedisset Lysiam. Hic citò Eupatorem regem salutauit & publicauit ac coronauit. Eupator duces subalternos contra Iudeos misit qui a Iuda superati sunt. Ipse Lysias cum nouis copijs contra Iudam pergit & pariter succumbit. Eupator per Sidonem Tyrum & Philistham usque Medin penetrat & Iudeos aggreditur. Tum Eleazarus Iude Machabaei frater regium Elephantem generosè mactat, victoriamque moriens obtinet. Erant in exercitu Elephantes minores ex Africa: Quales 82 habebat in exercitu Lysias: & maiores ex India, quales 22 habuit Eupator. Vnum maiorem defendebant pedites 1000: equites 500; 32 robustissimi milites pugnabant ex eminenti turri seu Munitione quam portabat Elephas. E Medin Eupator cum exercitu pergit contra Beisuram, quam ob annonæ penuriam cogit ad deditioñem, sed in campo a Iuda vincitur, pacemque componit, permittendo Iudeis Ierosolimam & usum legitimorum suorum Lysia consulente, quia Philippus ex Oriente redux Antiochiam, regnum Syriae invadere nitebatur. Hunc expugnauit, & Alexandria expulit ꝑ. 63 & pacificé paucō tempore regnare pergit: nam c. 7 anno Grac. 151 incipiente vere circa medium martij, venit Demetrius Seleuci regis Syriae filius, intellecta morte Epiphani patrui, & patris in regno successoris ab urbe Roma cum paucis socijs: sed 2. Mach, 14 cum multitudine valida & nauibus per portum Tripolis ascendit ad loca opportuna & tenuit regiones Ptolemaidis Tyri Sidonis adversus Antiochum Eupatorem, & ducem eius Lysiam sub æstate & 1. Mach. 7 regnauit illuc. Exercitus eius contra Eupatorem & Lysiam pergens eos cepit & occidit, & ꝑ. 4 sedet Demetrius super sedem regni patris sui Seleuci sub media æstate. Ante finem æstatis Alcimus dux apostatarum & malevolorum ambiens Pontificatum,

*Antiochiam 2. Mach. 14. 4* venit ad regem Demetrium anno 150 finiente, offerens munera, & dolosè sumum Pontificatum obtinuit, Demetrius *1. Mach. 7* mittit in Iudeam Bacchidem cum Alcimo Pleudò-Pontifice, qui dolosè egerunt cum scribis & Assidais, promittentes non nocere: cum occiderint 60 viros, obsederint Bethzecha, & alia mala fecerint. Tandem re infecta Bacchides ad regem redit, & postea Alcimus. Iudas fatigauerat vtrumque & superauerat. Alcimus a Rege imperat nouum exercitum, nouumque ducem Nicanorem præfectum Elephantorum cum mandato Iudam capiendo, & Alcimum eius loco stabiendi in Pontificatu *2 Mac. 14. 13.* Nicanor metuit cum Iuda configere, vnde pacem cum eo init, Jerusalem intrat, matrimonium suadet, nuptijs interest & vnanimiter viuit. Hæc nuntiat Alcimus Demetrio, qui iteratō Nicanori mandat, vt Judam capiat. Hic tempestiuē subtrahit se ad loca Samaria. Nicanor a Sacerdotibus petit sibi tradi Judam vinclatum, minatur Templi complanationem, Deum blasphemat, per 500 milites Rasiām Judæum capi imperat: qui sese occidit, potius quam ad idololatriam apparentem a Nicanore cogeretur. Itaque Nicanor contra Judam cum 35000 pergit, a quo cum 3000 profligatur, occiditur & dextra ac lingua cum capite amputantur. Dies victoriæ huius quotannis solemnis indicitur *13 Adar*, pridie Mardochai.

His actis *1. Mach. 7. 50* siluit terra Iuda dies paucos, donec nempe nuntiata clades hæc Regi, & coactus nouus exercitus. Iudas *c. 8* init fœdus cum Romanis contra Græcos aliosque hostes, ea lege, vt mutuis hostibus nil subsidij præstent, & ad inuicem nil mercedis aut expensarum postulent. Demetrius iterato mittit an. 152 sub vere Bacchidem & Alcimum in Iudeam *c. 9* contra

Iudam

Iudam & 3000 viros, qui fortissimo perterriti exercitu hostium, subtraxerunt se pro maiori parte de castris, ut remanerent soli 800. Hi cum Iuda viriliter pugnarunt a mane ad vesperam, donec Iudas caderet. Frater eius Jonathas rogatu populi principatum & Pontificatum acceptat, & Iudam in Modin sepelit. Bacchides quarebat eum occidere ¶. 32 & cognouit Jonathas & Simon frater eius, & omnes qui cum eo erant, & fugit in desertum Thecue. Joannem verô fratrem misit Jonathas trans Jordanem pro apparatu Bellico a Nabuthæis commodando. Hunc occiderunt filij Iambri ex Madaba. Postea filios Iambri ducentes sponsam ex Madaba Jonathas & Simon occiderunt, ac reuersi sunt ad ripam Jordanis. Ibi pugnarunt contra Bacchidem feliciter, Jordanem transferunt & in Jerusalēm reuersi sunt, ciuitatesque suas munierunt. Alcimus ¶. 54 cœpit an. 153 destruere Sanctum Templum & opera Prophetarum, vnde paralysi percussus est, nec potuit ultra loqui, sed mortuus est. Bacchides reuersus est ad regem & quieuit terra annis 2: Cumque non posset Jonathæ præualere, iniit cum eo fœdus, reddidit prædas & abiit in terram suam, nec postea reuersus est.

Anno 160 c. 10 ascendit Alexander Antiochi Eupatoris filius & occupauit Ptolemaidam, & receperunt eum & regnauit illic: Demetrius petit Jonathæ confœderationem. Eandem sub melioribus conditionibus petit Alexander. Demetrius superaddit adhuc plura; sed fraudes præteritæ alta mente repostæ; vnde Jonathas prætulit oblatas ab Alexandro amicitias. Demetrius in prælio vincitur & occiditur ab Alexander, qui in vxorem postulat Cleopatram filiam Philometoris regis Ægypti, & obtinet, nuptijs celebratis Ptolemaide præsente vtroque rege ac advocate Jonatha Principe & summo Pontifice an. 162. Ab

vtroque

vtroque rége *Ionathas* honoratur, purpurā induitur, amicus publicatur & assidet *Alexandro* ¶ 66 reuersus est *Ionathas* in Ierusalem cum pace & lētitia. An. 165 Demetrius II venit a C̄reta contra *Alexandrum*, sed impediuit eum *Ionathas* prōuocatus, vincens *Apollonium* eius ducem & 10000 occidens: *Azotum* ac templum *Dagon* succendens & *Alexandrum* propugnans, qui in præmium dedit ei fibulam auream & *Accaron* cum finibus suis in possessionem. An. 167 *Philometor Rex Ægypti*, agente *Alexandro* genero suo contra rebelles in Cilicia, sub specie protectoris c. 11 dolosè occupat regnum Syriae imponens sibi Diadema duplex Ægypti & Syria: Cleopatram filiam suam *Alexandro* eripit & Demetrio æmulo eius dat in uxorem, & *Alexandrum* in bello superat, qui fugit in Arabiam. Arabes ei caput amputant mittuntque *Philometori*, qui post triduum moritur, Demetrius pacificè regnat in Syria. In Ægypto succedit *Evergetes II*.

*Ionathas* emergens obsidet arcem Sion. Demetrius hæc audiens, nec bellum cum *Ionatha* desiderans, venit Ptolemaidam, eoque invitat *Ionatham* ad pacificum alloquium. Conveniunt pacificè, *Ionathas* a Demetrio in pontificatu stabilitur impetratque immunitatem ab omnibus exactionibus. Demetrius hac pace securus ¶ 18 dimisit totum exercitum suum ... excepto peregrino exercitu quem contraxit ab insulis gentium. Hinc rebellio. Tryphon dux militum abit in Arabiam ad Antiochum *Alexandri* filium regem constituendum expulso Demetrio. Hic rogat a *Ionatha* milites Iudaos, qui mittit ei 3000 Antiochiam. De Antiochenis contra regem insurgunt 120000. Iudæi viriliter pugnantes 100000 occidunt uno die, ciuitatem succendent & regem liberant. Liberatus Demetrius Iudaos remittit, & *Ionathan* vexat ab alienatus ab eo. Tryphon reducens *Alexandri* filium

Antio-

*Antiochum*, imponit ei diadema *Syriae*, ad quem congregati sunt omnes milites a *Demetrio* dimissi, qui *Demetrium* vicerunt & *Antiochiam* obtinuerunt. *Antiochus* scribit *Ionathæ* stabiliens eum in Pontificatu, constitutens eum amicum suum ut bibat in auro, & præsit 4 ciuitatibus: induatur purpurâ, & habeat fibulam auream. *Simonem* fratrem *Ionathæ* constituit ducem a terminis *Tyri* ad fines *Ægypti*. *Ionathas* aliquot ciuitates expugnat & Alienigenas cum paucis debellat: cum *Romanis* ac *Spartiatis* c. 12 amicitiam renouat: principes *Demetrij* fugat, *Arabes* percutit & *Iudeam* munit. Tandem *Tryphon* ambiens regnum *Syriae*, fingit amicitiam & dolose *Ionatham* ducendo *Ptolemaidam*, clausis portis comprehendit & Socios occidit.

*Simon* frater *Ionathæ* a populo Princeps & Pontifex constituitur c. 13 an. 170. Resistit *Tryphoni* cui mittit pecuniam petitam & duos filios *Ionathæ* obsides pro liberatione Patris, quos *Tryphon* occidit, ut & *Antiochum* regem regnum eius invadendo. *Simon* mittit nuntios ad regem *Demetrium* foedus offerens contra *Tryphenem* Tyrannum. Rex *Demetrius* foedus acceptat & immunitatem donat. Itaque ¶. 41 ablatum est iugum gentium ab *Israel*, & *Simon Gazam* expugnat mundatque ab Idoliz Arcem Ierosolimitanam obsidet & expugnat an. 171, intrans in eam ab *Idolis* mundatam die 23 Iiar, & constituens singulis annis agi dies hos cum lætitia: *Ioannem* verò filium suum constituit ¶. 54 ducem virtutum vniuersarum. An. 172 Rex *Demetrius* c. 14 abiit in Medianam ad contrahenda sibi auxilia, ut expugnaret *Tryphonem*. An. 174 *Demetrius* in Media ab *Arsace* rege vietus & incarceratus est. Ei succedit filius *Antiochus Grypus*. Foedus init c. 15 cum *Simone* concedens ei ultra alios fauores monetæ cusuram. *Tryphonem* fugat Alex-

andriā : fugituum Dora oblidet strictissimè terrā marique. Simon mittit ei 2000 milites subsidiarios, sed Antiochus incipiens a Simone alienari eos remittit & repetit Arcem Sion Gazam Bethsuram & alia. Hæc Simon reddere recusat. Tryphon interim navigio fugit Dorā per mare mediterraneum ad Insulanos. Antiochus contra Simonem mittit y. 38 Cendebaum ducem maritimum, dans ei exercitum peditum & equitum. Ipse vero Tryphonem fugientem persequebatur. Cendebaus peruenit Iamniam muniuit Gedor & infestauit Iudeos inde, capiendo & occidendo quotquot poterat. Ioannes Hyrcanus Simonis filius & Princeps exercitus, de Gaza seu Gazaris c. 16 ascendit ad Patrem qui cum eo misit Iudam fratrem suum & milites generosos, ut profligarent Cendebaum & Iudaam liberarent. Monitis senis Patris obedientes citò profecti sunt, & dormierunt vna nocte in Modin. Altera luce procedentes in campum contra exercitum Cendebæi veniunt ad torrentem intermedium quem Ioannes dux primus transfretavit & reliqui secuti sunt. Itaque ordinato exercitu Cendebaum aggressi sunt & profligarunt exercitum, Iuda fratre Ioannis grauiter vulnerato : sed Ioanne persequente fugientes ad turres Azoti, quas incenditum fugitiuis ibi latentibus, & y. 10 reuersus est in Iudeam in pace. Interim paratæ insidiæ ; Ptolemaeus dux in campo Iericho, gener Pontificis ambiens tam Pontificatum, quam Principatum, anno 177 mensē 11, Simonem & filios eius Iudam ac Mathathiam visitantes Iudeam in Dach munitione sua conuiuio exceptit, & inebriatos seu temperanter saturatos, per armatos ibi occultatos occidit. Tum Ptolemaeus scripsit Antiocho pro exercitus submissione, ut traderet Iudeam interim mittens milites Gazam ad Ioannem Hyrcanum occidendum, Hic nuntio accepto de morte Patris & fra-

trum; viriliter se opponit, Ierosolimam venit, populum  
animat, ducatum ac Pontificatum suscipit & Ptolomeum  
expellit. Praest annis 30 circiter, de hoc agit liber  
4 Machabæorum, qui est extra Canonem. Hic igitur esto  
finis Synopseos Historicæ castigandæ in multis.

Si placeat Series Pontificum Hebræorum, accipe ex  
Ricciolo l. 6. c. 13 Pontifices 86 per annos 1660 ad  
captam Ierosolimam per Titum.

1. Aaron. 2. Eleazar, 3. Phinees. 4. Abisue. 5. Bocci.  
6. Ozi. 7. Zararias. 8. Maraioth. 9. Amarias. 10. Heli.  
11. Achitop. 12. Achias. 13. Abiathar. 14. Sadoc.  
15. Achimaas. 16. Azarias. 17. Joannam. 18. Iſus.  
19. Axioramus. 20. Phideas. 21. Joiadas. 22. Za-  
charias. 23. Joannam II. 24. Azarias II. 25. Ama-  
rias. 26. Achitop II. 27. Sadoc II. 28. Sellum. 29.  
Helcias. 30. Eliacim. 31. Azarias III. 32. Sararias.  
33. Josedec. 34. Josue. 35. Ioacim. 36. Eliasib. 37. Io-  
iadas. II. 38. Ionatham. 39. Ieddoe sive Jaddus. 40. On-  
ias. 41. Simon. 42. Eleazarus. II. 43. Manasses.  
44. Onias. II. 45. Simon. II. 46. Onias. III. 47. Ia-  
son. illegitimus. 48. Menelaus ei similis. 49. Lyst-  
machus ijs par, 50. Mathathias legitimus. 51. Judas  
Machabæus. 52. Ioannes. 53. Ionathas. 54. Simon.  
55. Ioannes Hyrcanus.

Pontifices & Reges simul fuere quinque.

56 Aristobolus. 57 Alexander Janneus. 58 Hyrcanus II.  
59 Aristobolus II. 60 Hyrcanus II. iterum. 61 Anti-  
gonus. 62 Analelus ab Herode Pontifex creatus. 63 Aristobolus.  
64 Analelus iterum. 65 Iesus. 66 Simon Boethi  
filius Socer Herodis. Sub huius finem fit Incarnatio  
verbi Diuini.

67 Matthias, 68 Ioaazarus. 69 Eleazarus. 70 Iesus  
71 Ionarkus iterum. 72 Ananus. 73 Ismael. 74 Elea-

zarus II. 75 Simon. 76 Iosephus Caiphas, 77 Ionathas.  
 78 Simon II. 79 Matthias II. 80 Elionaeus. 81 Simon II  
 iterum, 82 Iosephus. 83 Ananias. 84 Ananias II.  
 85 Ismael II. 86 Iosephus iterum. 87 Ananus II. 88 Ie-  
 sus II. 89 Iesus III. 90 Matthias III. 91 Phanasius,  
 huius anno 4. capta est Ierosolima a Tito die Sabbathi,  
 & exusta anno 70 Christi.

## Anni Herodis Ascalonitæ.

Tres fuere Herodes sub Christo Saluatore vnde Gerson:  
 Ascalonita necat pueros, Antippa Ioannem;  
 Percutit Agrrippas Iacobum, dat carcere Petrum.

Amipater Idumæus Pater Herodis.	hic nascitur an.	Ch. 68
Annorum 21 præficitur Galileæ, vt Tetrarcha		47.
Suasu M. Antonij declaratur Rex Iudeæ a Senatu R.		40.
Antigono extincto & Assamoneis solus regnat		37.
Ab Augusto & Senatu Rom. confirmatur		30.
Cæsaræ structuram absoluit adhuc tyrannus		12.
Pacificè a Iudeis pertæsis violentiæ assumitur		6.
Magorum adventu turbatus scribas convocat		0.
Innocentes infantes occidi iubet, & paulo ante Pascha in Aprili moritur anno Jul. 46 & i C H R I S T I cur- rente.		

Sed vnde hic inchoandus? Ricciolus L. 8. c. 4. Cum Deus providè noluerit nos certos esse de vero anno Natiuitatis vnigeniti sui secundum carnem nullâ censurâ notandi sunt, qui numero An. Chr. visitato deesse aut abundare paucos annos dixerint: nedum ECCLESIA ROMANA, communi huic modo computandi se accommodans. Opinio quæ supponit CHRISTUM incarnatum anno Jul. 45 Consulibus Cornelio Lentulo & L. Calpurnio Pisone verior est seu probabilissima: a qua recedere non oportet, nec proinde expedit eam immutare. Archelaus relegatur ab Augusto in exilium Lugdunum Galliæ anno Chr. 11.

SYN.

# SYNTAXIS EVANGELICA

Ricciolo probabilior visa an. 1664.

**V**erbi diuini Generatio æterna & eius Incarnationis in tempore. *Ioan. I. ad 15.* Genealogia CHRISTI Regis per lineam descendenter ex Patriarchis & Regibus *Mat. I. ad 8.* Christi Sacerdotis, ac per lineam ascendentem ad *Leui* ac *Adam* *Lu. 3.* *S. Gabriel* prænuntiat *Zachariae* Præcursoris prærogatiwas & annuntiat eius conceptionem *L. I* mense *Thisri* seu circa finem *Septembri*. *13 Januarij* sequentis *Mat. I. 18.* *S. Maria* *Jerusalemis* nubit *Josepho* consobrino suo, quocum habitat in *Nazareth*. *25 Martij* *S. Gabriel* annuntiat *S. Mariæ* immaculatam per se conceptionem *Iesu Christi* *L. I.* exurgens *Maria* Visitatum it cognitam *Elisabeth* manens apud eam ad circumcisionem *Ioan. Baptiste*. Domum reuersa ad *Ioseph*, inventa est in utero babens de SPIRITU S. vnde *Joseph* retinet eam ut coniugem, sed non cognouit eam.

Nascitur JESUS *25 Decembris* in *Bethleem Iuda* *L. 2* ad *22. Magorum* vocatio per stellam in *Natiuitate* apparentem : *Circumcisio* & nominis *J E S U* impositio die *8. Magorum* Adventus in *Jerusalem*, *Herodis* turbatio, iter in *Bethleem* & adoratio Magorum die *13 M. 2.* ad *13. Purificatio S. Mariæ* die *40 Simonis Canticum* & Prophetia *L. 2; 22. ad 39.* *Iesu* *Mariæ* & *Ioseph* fuga in *Egyptum*: Innocentium infantum cædes: redditus ex *Egypto* in *Nazareth* *M. 2. 13 ad 33.* Adolescentia *J E S V*, eiusque anno *12* in templo inventio, & habitatio in *Nazareth* *L. 2. 25 ad 51. ad annum 30.*

Initium Prædicationis & Baptismi *Ioannis* anno *29*

CHRISTI, labente vere & æstate M. 3 ad 13, L. 3 ad 19. Baptismus CHRISTI annum 30 ingressi 13 diebus & testimonium Patris cœlestis & SPIRITUS S. de illo M. 3. 13. L. 3. 21. Ieiunium CHRISTI 40 dierum, tentatio superata & redditus ad Iordanem M. 4 ad 12. L. 4 ad 14. Ioannis testimonium de CHRISTO iam præsente: Andrea & socij: simonis, Philippi & Nathanaelis accessus ad CHRISTUM & colloquium Io. 1. 25 ad 51. Nuptiæ in Cana Galilæa & primum publicum CHRISTI miraculum ad Matris instantiam: descensus Capharnaum, & mansio ad paucos dies instante Paschate Jo. 2 ad 13.      I. Pascha an. 30 Apr. 6. Fer. 5.

Ex Capharnaum ascendit CHRISTUS Ierosolimam, & ex atrio Templi ejicit nundinatores flagello Jo. 2. 14. ad 25. Nocte ad CHRISTUM venit Nicodemus, quocum disceptat I. 2. 13. & 3 ad 22.

Ex Ierosolima, post Pascha venit in terram Iudeam, vbi baptisare incipit per Discipulos suos: Baptisatos a se Baptismate nouo iam instituto: Ioanne Baptisante in Aenon prope Salem, & testificante de CHRISTO tanquam Sponso & filio Dei I. 3. 22 ad 36.

Ioannes Præcursoris officio perfunctus, reprehendens que Herodem Antippam de adulterio raptu & incestu, coniçcitur instigante Herodiade adulterâ in carcerem mense Novembri M. 14. 3. Tum Phariseis indignantibus ob multitudinem Discipulorum CHRISTI, recepit e Iudea, iturus in Galilæam per Samariam vbi Samaritanam & Samaritanos multos conuertit M. 4. 12 ad 42. Hoc factum 4 mensibus ante messem hordeaceam seu sub finem Novembris: vel ante messem triticeam seu sub finem Ianuarij, inde CHRISTUS in Galilæam veniens Nazareth declinat, sciens se ibi non fore gratum, & in Canam Galilæa ab alijs Galilæis exceptus est. Hic sanat filium

filium Reguli, in Capharnaum mori incipientis M. 4.  
13 ad 17.

Capharnaum ingressus prædicat pœnitentiam & renum cælorum Pœnitentibus appropinquans habituitque ibi M. 4. 13. deinde ambulans iuxta mare Galilæa vocat Petrum & Andream pescantes: ac Jacobum & Ioannem, qui mox secuti sunt ꝑ. 18 ad 22. Cum his venit Nazareth, & in Synagoga legens Isaiam c. 61 de Messia loquentem, & suorum ciuium invidiam tacite perstringens, ducitur ad summum montis ut præcipitaretur, sed frustra L. 16 ad 30. Capharnaum reuersus sanat oppressum ab immundo spiritu: circuit Galilæam prædicans pœnitentiam & miracula faciens. Fama penetrat in Syriam, vnde innumerabiles turbæ ad ipsum confluunt L. 4. 30 ad 37. M. 4. 13 ad 25. Videns JESUS turbas ascendit ad montem cum Discipulis suis, instruxitque illos de præcipuis punctis Euangelicis, ut possent instruere turbas M. 5. 6. 7. Descendens de monte eadem turbis breuius prædicauit L. 6. 27 ad 49. Leprosum sanat M. 8 ad 4. Capharnaum reingressus sanat seruum Centurionis: Socrum Petri febribus magnis laborantem, aliosque multos vespere, seceditque in desertum M. 8. 5 ad 18. Quæsitus a Simone & turbis ac in deserto repertus, iubet turbas ire trans fretum, & in via scribam eum sequi spe lucri cupientem repellit, aliud patrem mortuum sepelire volentem, ob periculum id intermittere & sequi iubet M. 8. 18 ad 22. Irruentibus turbis, nauiculam concedit, & inde docet turbas, sequiturque pescatio miraculosa L. 5. ad 11. consensâ iterum naui ad transfretandum, sedat maris procellam M. 8. 23 ad 28.

Cum transfretasset ad regionem Gerasinorum, quæ est contra Galilæam, duos dæmoniacos sanat. Vnus ob-  
sessus

seisus legione dæmonum, qui permittuntur ire in porcos & porci mox currunt in mare ac submerguntur. Hinc Geraseni rogam ut discedat, & fit: Mandatque transfretare Discipulos M. 8. 28 ad 34. Transfretans a Gerasenis ad Capharnaum reperit turbas expectantes sanatque paralyticum demissum per teatum M. 9 ad 9. Egressus ad mare a telonio Matthæu vocat, interestque conuiuio cum Publicanis: se & suos Discipulos excusat accusantibus Pharisæis M. 9. 9 ad 18. Adhuc loquente CHRISTO cum Pharisæis & Discipulis Joannis, Iairus Archi-synagogus Capharnaum, rogit eum pro filia moribunda duodecim annorum & sequebatur eum ad moribundam sanandam, vel mortuam resuscitandam, in via Hemorroissa 12 annis infirma tetigit a retro, credens se sanandam fimbriam vestimenti eius, & mox sanata est, vti mortua resuscitata M. 9. 18 ad 27. L. 8. 41 ad 56. Reuersus domum CHRISTUS duos cæcos illuminat, & egressus Dæmoniacum mutum sanat M. 9. 27 ad 35. Deinde circuit ciuitates Galilææ docens ac sanans omnem languorem: & miseratus turbas non habentes Pastorem, ob paucitatem operariorum, eligit & conuocat 12 Apostolos, eos mittens in Iudæam ad prædicandam Pænitentiam, præuié instructos saluberrimis præceptis seu Sermone Domini M. 9. 35 ad 38. &c. 10 toto. Descendens cum Apostolis de monte in loco campestri repetit turbis summam eorum, quæ alias in monte docuerat solos Discipulos L. 6. 17 ad 49. Præceptis illis absolutis, transit inde prædicaturus alijs Galilæis. In itinere circa Nain suscitat filium viduæ L. 7. 11 ad 17.

Supervenientibus 2 Discipulis a Joanne de carcere destinatis, respondens tollit dubium eorum, ac digreditur ad laudem Joannis M. 11. ad 20. Discessurus e Galilæa occasione Paschatis instantis exprobrat Galilæis:

præsertim Corozaim, Bethsaïda & Capharnaum, quod ad prædicationem suam tot miraculis confirmatam non egissent Paenitentiam, quam certò egissent gentiles Tyrii & Sidonij visis talibus : imo & ipsi Sodomite. M. 11. 20 ad 25. Exprobatio hæc potissimum videtur affe-  
cisse affecas *Synagogæ* : vnde digrediens ad turbas & plebem gratias agit Patri quod reuelarit veritatem hu-  
milibus, & oppressos invitat ad iugum suum suave &  
onus leue ¶ 20 ad 30.

*II. Pascha cui CHRISTUS interfuit 28 martij fer. 3.*

Ad hoc seruandum CHRISTUS ascendit Jerosolimam, Paralyticum probaticæ piscinæ sanat in Sabbatho 1. Ap. cum Iudeis differit de Deo Patre suo J. 5 toto. Sabbatho altero 8 Aprilis transit per Sata, & Discipulos præ fame spicas confricantes defendit a Phariseorum calumnia de violato Sabbatho. Inde transiens, in Synagogæ eorum altero Sabbatho sanat habentem manum aridam M. 12 ad 13. Phariseorum & Herodianorum insidias, & contentiones cum eis declinans, recedit iturus ad mare Galileæ M. 12. 14 ad 21. In itinere versus Capharnaum per Magdalum ad littus maris Galileæ transiens, invitatur a Simone Phariseo, & Magdalenam peccatricem convertit, quæ illum per alias civitates & castella cum alijs mulieribus deinde secuta est L. 7. 36 & 8 ad 4. Dæmoniacum cæcum & mutum sanat : diluit calumniæ de consortio cum Beelzebub M. 12. 22 ad 38. Beatificanti ventrem qui eum portarat, & quærentibus ei loqui Matri & fratribus respondet M. 12. 47 ad 50. L. 11. 14 ad 29. Cum exiens domo secessisset ad mare Galileæ, & plurimos vndique confluentes & irruentes curasset, recepit se in nauiculam, ne a turbis comprimeretur, & inde docet eos : Parabolis seminan-  
tis, zizaniorum, sinapis, fermenti, thesauri absconditi,

negotiatoris, sagenæ & patris familias M. 13 ad 53 tam  
in nauicula, quam domi.

Consummatis his Parabolis venit in patriam suam Nazareth, vbi scandalabantur cives eius in illo, vt postea putato fabri filio, ideoque paucis ibi sanatis, egressus inde circuit castella alia, mittitque *Apostolos* binos & binos ad prædicandum cum potestate miraculorum M. 13. 53 ad 58. Herodes sub festa propinqua Paschalia S. Ioannem decollari iussit. Auditis postea tot miraculis CHRISTI & *Apostolorum*, suspicatur de resurrectione Ioannis decollati M. 14. ad 12. Reuersis a prædicatione *Apostolis*, & nuntio de nece S. Ioannis accepto, conscientia nauiculâ secedit in desertum Betbsaïda, vbi de 5 panibus pascit 5000 M. 14. 12 ad 23. Jussis Discipulis transfretare, turbisque dimissis, in montem secedit, & nauigantibus Discipulis versus Capharnaum, apparel noctu ambulans supra mare, & Petro succurrat venitque, cum illis in terram Genesar, prope Bethsaïdam & inde Capharnaum M. 14. 22 ad 36. Altera die qui erant trans mare nec viderant IESUM transfretasse, transmearunt Capharnaum, vbi repertus ab ipsis differit de 5 panibus & de SS. Eucharistia Sacramento. J. 6. 22 ad 71.

III. Pascha. fer. 2 die 14 Aprilis. Christus non interfuit.

Paschate peracto venientibus quibusdam de Ierosolimis respondet super omissa lotione manuum ante mandationem M. 15 ad 20. Secedit in partes Tyri & Sidonis, ac ChananaeÆ filiâ sanata, per Sidonis fines reuertitur secus mare inter medios fines Decapoleos, vbi mutum ac surdum sanat M. 15. 21 ad 32. Panibus 7 multiplicatis pascit 4000 : Et dimissâ turbâ conscientiam nauiculam, venitque in fines Maggeddon & Dalmanutha, vbi a Pharisæis tentatur de signo cælitus dando M. 15.

32 ad 39 & 16 ad 4. Transfretantes & oblites panis  
JESUS de modica fide redarguit, cæcumque Bethsaide  
luminat. M. 16. 5 ad 13. Itur in partes Cæsaræ & Philippæ  
aut Dan. Interrogatisque Discipulis de opinione circa  
filium hominis, Petrus confitetur eius diuinitatem,  
CHRISTUS Passionem suam prædictit & Petrum increpat  
Crucemque vnicuique portandam & contemnendam  
mortem denuntiat. M. 16. 13 ad 28. Ad hæc tristia  
lenienda, specimen gloriæ suæ dat tribus per transfigura-  
tionem in monte Thabor ¶. 28 & c. 17 ad 13. Die  
sequenti descendit, & turbam multam nactus dæmo-  
niacum curat, quem Discipuli nequierant lib. rare. M.  
17. 14 ad 21. Prætergrediens occultè Galilæam prædi-  
cit iterum passionem suam adveniensque Capharnaum  
solui iubet didragma pro se & Petro: quod fuit occa-  
sio Discipulis disputandi de primatu, & CHRISTO, in-  
sinuandi humilitatem, ac exemplo paruuli ambitionem  
eorum compescendi, dum alij tacent, alij interrogant  
¶. 22 ad 27 & c. 18 ad 5. Interpellatus a Ioanne de  
quodam ejiciente dæmones in nomine JESU, eum cor-  
rigit, & prosequitur sermonem de paruulis non scanda-  
lisandis, de Angelis Custòdibus, & de cura salutis etiam  
pusillorum ¶. 5 ad 14. Occasione scandali vitandi, cor-  
rectionem fraternalm insinuat, & benignitatem in dimitt-  
tendis peccatis etiam septuagies septies: carpitque du-  
ritiam conserui ad ignoscendum conseruo ¶. 15 ad 35.

Instante festo Tabernaculorum recusat palam ire Iero-  
solinam cum fratribus seu cognatis suis. Post discessum  
eorum tentat ire occultè per urbem Samariam, sed non  
recipitur a Samaritanis. Duos equidem sequi eum vo-  
lentes corrigit. J. 7 ad 9. Transiens per viam medium  
inter Samariam & Galilæam 10 leprosos mundat. L. 17.  
11 ad 19. Scenopegia festo initio Octobris interest, & 4

die docet in templo ac disputat cum *Judaïs.* J. 7. 9 ad 53. Jesus pergit ad montem *Oliueti*, & reuerlus in templum adulteram absolvit, ac die sequenti differit de Deo patre suo J. 8 toto. Præteriens sanat cæcum a natuitate c. 9. Differit de se bono Pastore & ouibus c. 10 ad 22. Designatos 72 *Discipulos* præmittit prædicatum, instructos prius documentis eximijs, J. 10. 39 ad 42. *Legisperitum* tentantem se docet, quis sit proximus noster exemplo *Samaritani*, & ingressus castellum a *Marta* hospitio excipitur. L. 10. 25 ad 42. Dat documenta & exempla orationis & perseuerantiæ in petendo: invitatusque a *Pharisæo* de multis reprehendit L. 11. ad 14. Dum turbas docet de signis non quærendis, rectâ & simplici intentione, cauendâ hypocrisi, non timendis persecutoribus aut morte: rogatus de diuidenda hæreditate, sollicitudinem rerum temporalium damnat, quin potius bona eroganda in pauperes docet, & expectandam mortem quacumque hora, exemplo serui fidelis. L. 11. 29 ad 54 & c. 12 toto. Occasione *Galileorum* a *Pilato* occisorum, & obrutorum a turri *Silœs*, pœnitentiam omnibus necessariam inculcat, qui mortali peccato obstricti. Parabolam ponit fici infructuosæ, ac Sabbatho contractam mulierem erigit. L. 13 ad 22, Reuersos *Discipulos* ab inani gloria compescit L. 10. 17 ad 24. Per vicos & castella iterfaciens *Ierosolimam* ad *Encænia*, differit de paucitate saluandorum, & multitudine damnandorum. L. 13. 22 ad 30. Monitus de insidijs *Herodis Antippæ*, affirmat sibi moriendum *Ierosolimæ*; sed hanc postea uastandam, a *Tito* scilicet y. 31 ad 35. In domo *Pharisæi* Sabbatho *Hydropicum* sanat, & vitandos primos accubitus, invitandosque pauperes docet exemplo eius, qui ad cœnam magnam omnes indifferenter invitauit. L. 14 ad 25. sequentes se  
duos

duos docet de odio sui & suorum, ac de perfecta mortificatione totalique ab renuntiatione **v. 25** ad 35. Murmurantibus *Phariseis* quod peccatores reciperet, parabolam quis centesimæ, dragmæ perditæ & filij prodigi pænitentis proponit. L. 15 toto. Parabolâ villici hinc, & inde diuitis epulonis, prudentiam & misericordiam insinuat, ne pauperes contemnendo destituatur homo amicis recipientibus in æterna tabernacula L. 16 toto. Interrogatus de adventu regni Dei, multa de futuro judicio prænuntiat L. 17. 20 ad 37. De perseverantia in oratione, deque humilitate exemplo viduæ & *Publicani* differit L. 18 ad 14. Adde de augmento fidei & seruo inutili L. 17. 5 ad 10.

Die 25 Castri, seu 16 Decembriis hoc anno facta sunt *Encania Jerosolimis*, & JESUS in porticu *Salomonis* disserit de ouibus suis. Inde abit trans *Jordanem* venientibus multis ad illum. J. 10, 12 ad 42. M. 19. Cum esset trans *Jordanem*, data occasione disserit de diuortio & prærogatiua virginitatis: parulos oblatos suscipit, & adolescente diuite ægrè ferente exhortationem ad erganda omnia in pauperes, disserit de difficultate, qua saluantur diuites, & de centuplo quod lucrantur, qui omnia pro CHRISTO relinquunt. M. 19 ad 30. Ne autem qui serò vocati sunt ad sequelam CHRISTI, putarent se deterioris conditionis futuros in remuneratione, parabolâ operariorum & denarij diurni omnium spem erigit M. 20 ad 26. *Lazaro* mortuo redit in *Iudeam*, eoque resuscitato *Concilium* contra eum congregatur coram *Caipha*: Ideoque ipse recedit in ciuitatem *Ephrem*. J. 11 toto. Sub initium *Martij* ascendens *Jerosolimam* refricat *Discipulis* memoriam de futura nece & resurrectione sua: ac filiorum *Zebedæi* ambitionem de primis sedibus retundit M. 20. 17 ad 28.

Appropinquans Iericho sanat vnum cæcum, & ingressus Iericho Zachæum iustificat, qui diues factus fuerat negotiando: Eaque occasione docet negotiandum bene vtendo talentis a Deo datis, parabolâ mnarum propositâ L. 18. 35 ad 43 & c. 19 ad 28. Egressus Iericho, alijs duo cæci similiter clamantes illuminantur, præcipue unus Bartimæus nomine M. 21. 29 ad 34.

## IV. Pascha 3 Aprilis, Fer. 6.

Ante sex dies Paschæ 28 Martij Sabbatho finiente, venit JESUS Bethaniam, & cœnat cum LAZARO, Martha ministrante: & Mariam Magdalenam, quæ hic pedes eius iterum vnxit, defendit a calunnia Iudea Iscariotis, J. 12. 12 ad 19. Die 29 mane mittit duos Discipulos ad soluendum pullum asinæ, qui adduxerunt pullum & asinam, ac utriusque vestimenta sua imposuerunt; sed dominus super pullum asinæ sedens, tendit versus Ierosoliam, exceptus instar Triumphantis, hinc a turbis sequentibus, inde ab alijs obuiam occurribus: propiorque ciuitati factus, cum lacrymis eius excidium prædicit. Eo ingresso, tota ciuitas commouetur: ingressus Atrium Templi ejicit nundinatores, sanat cæcos & claudos, ac invidentibus inimicis laudat pueros Hosana clamantes, factoque vespere regreditur in Bethaniam M. 21 ad 12. Feriâ 2 mane egressus Bethaniâ & esuriens in via, fculneæ infructuosæ maledicit: templumque ingressus iterum nundinatores ejicit, & compescit vasa transportantes. Scriba querunt perdere CHRITUM, sed timent turbam: vnde iterum vespere exit. M. 21. 17. Feriâ 3. Redit in ciuitatem, mirantibus Discipulis fculnem arefactam. Commendat vim orationis cum fide & remissione iniuriarum. Docens in Templo, & interrogatus de potestate faciendi quæ faciebat, proponit problema de Baptismo Ioannis, cui non crediderunt

Principes Iudaorum crediderunt autem meretrices & Publicani: præmissâque parabolâ duorum filiorum, subiungit parabolam vineæ & nuptiarum regis M. 21. 20 ad 46. & c. 22 ad 13. Interea ad capiendum JESUM in sermone accedunt successiue Herodiani, Sadducei & Legisperiti, quorum captiosas quæstiones dissoluit: proponit vicissim dubium, quomodo David Messiam filium suum agnouit, & appellauit Dominum? mox coram populo arguit hypocrisim & alia vitiascribarum & Pharisaorum, præfertque viduam duo minuta inferentem gazophilacio M. 22. 15 & 23 toto. Egrediens de Templo, prædicit excidium eius M. 24.

Gentilibus Ierosolima ad diem festum præsentibus, & cupientibus videre JESUM, differit de sui exaltatione a terra in crucem & clarificatione, deque Iudaorum cæcitate J. 12. 20 ad 50. Sedens in monte Oliueti contra Templum prædicit signa excidij Ierosolimitani & finis mundi, ut ex prædicatione excidij eo sæculo futuri confirmaret ea, quæ ventura erant in fine sæculorum. Ea occasione differit de vigilancia ob diem incertum, additque parabolam 10 virginum & talentorum, & de iudicio potissimum faciendo super operibus misericordiæ M. 24 & 25 toto. Feria 4 Iudei cogunt conciliabulum contra CHRISTUM, qui in domo Simonis leprosi cœnat & Magdalenam non iam pedes, sed caput eius vngentem iterum laudat, & defendit a Iudeis iteratâ calumniâ. Hic indignatus paciscitur cum Iudeis de prodendo Magistro M. 25 ad 16. Feria 5 mittuntur Petrus & Ioannes ad præparandam cœnam Domino & facto vespere venit illuc JESUS cum 12 apostolis, & comedit Agnum Paschalem, ac prædicit se tradendum ab uno ex illis, qui secum intingebant manum in catino, & illi interminans M. 26. 17 ad 25. Cœna Paschali factâ

factâ, & iam ab occâsu solis more *Hebræorum* initâ feria  
 6 Jesus surgit a cœna & lauat pedes Discipulorum : de-  
 inde iterum discumbens instituit ss. Eucharistiam &  
 communicat *Apostolis*. Deinde turbans se iterum pro-  
 ditionem sui prædictit, & proditorem *Ioanni* clam in-  
 dicat, porrigens *Iudea* panem intinctum quo sumpto,  
*Iudas* invasus a *Satana* exit cœnaculo sub finem cre-  
 pusculi vespertini, seu nocte iam inchoatâ *M. x. 26*  
 ad 29. *J. 13* ad 32.

Contentionem obortam de primatu compescit, ma-  
 iora illis promittens in regno suo, & mutuam concor-  
 diam commendans, *Petroque* tentationes futuras ac tri-  
 nam negationem prædicens, & sermonem inchoatum  
 prosequens usque ad surrectionem a mensa *L. 22. 24*  
 ad 38. *J. 13. 33* ad 38 & c. 14 ad 30. Surgit a mensa,  
 & hymno dicto, egressus de cœnaculo prosequitur ser-  
 monem usque ad torrentem *Cedron* *M. 26. 30* ad 32.  
*J. 14. 31* & c. 15. c. 16. c. 17. Egressus trans torren-  
 tem *Cedron*, prædictit *Discipulorum* scandalum & fu-  
 gam, & iterum *Petro* trinam negationem ante secun-  
 dum galli cantum, & in horto villæ *Gethsemani* ter orat:  
 deinde capitur *M. 26. 32* ad 57. Dicitur ad *Annam*  
*Caiphæ* sacerdotum: *Petrus* introductus in atrium ab alio  
*Discipulo*, & interrogatus ab ancilla ostiaria, num esset  
 ex *Discipulis Christi*, nec obligatus respondere illi,  
 dixit: *Non sum*. Securus itaque stat cum ministris ca-  
 lefaciens se. Jesus *Annae* interroganti respondens, alapâ  
 percutitur *L. 22. 50*. *J. 18. 12* ad 23. Dicitur ad  
*Caipham*, & productis testibus falsis: sed non conue-  
 nientibus, interrogatus nil respondet; sed adiurationem  
 per Deum reueritus, affirmat se filium Dei esse, & ob  
 id tanquam blasphemus iudicatur reus mortis tradi-  
 turque Ministris ad illudendum *M. 26. 58* ad 68.

Petrus in atrio Caiphe, affirmante ancilla ipsum fuisse cum Iesu Nazareno, & aliis hac occasione de hoc inquirentibus pernegat, exitque ab atrio in conclave atrio proximum, & gallus cantat primâ vice. Aliâ verò ancillâ & alio quodam affirmantibus, ipsum vnum esse de illis qui fuerant cum Iesu Nazareno, negavit iterum cum iuramento: & intervallo quasi horæ vnius, in conclave in quo Christus erat, adstantibus affirmantibus, ipsum Galileum esse, & fuisse in horto, cum iuramento & anathematismo negavit, statimque gallus iterum cantauit, & conuersus Christus respexit Petrum, qui memor prædictionis, egressus foras fleuit amare. M. 26. 69 ad 75. Plenâ die rursum ductus est Jesus in conciliabulum Iudaorum, iterumque confessus se filium Dei, tanquam convictus de blasphemia dicitur ad Pilatum brachio sacerdoti tradendus ad mortem. Hoc auditio Iudas frustra conatus extinguerre incendium desperatione adactus laqueo se suspendit & Principes Sacerdotum 30 argenteos impendunt in agrum figuli ad sepulturam peregrinorum, unde Haceldama M. 27 ad 10. Pilatus egressus a Prætorio, & inter alia audiens Christum dixisse: se regem esse, regressus in Prætorium interrogat illum de regno, & quid sit veritas: egressusque iterum, negat inuentam a se in eo causam mortis. Jesus accusatus in multis nil respondit, ne Pilato quidem urgente & silentium mirante, iterumque negante inueniri in eo causam sufficientem ad damnationem capitalem. Audiens autem Pilatus commotam a Iesu Galileam, remittit eum ad Herodem a quo spretus est induitusque ueste albâ & remissus ad Pilatum, qui confirmat non inveniri in eo causam mortis M. 27, 11 ad 14. Optione data Iudeis de dimittendo Iesu aut Barrabâ latrone seditionis, dum Seniores persuadent plebi

vt postulet dimissionem Barrabæ , vxor Pilati ob visiones noctis, mittit ad eum vt se non immisceat causæ criminali contra JESUM : & Pilatus ter conatus absoluere illum , ter sollicitatur a Iudeis clamantibus , vt dimissio Barraba crucifigeretur. Proinde ad vitandum tumultum , lotis prius manibus decreuit dimittendum Barrabam & JESUM prius flagellandum quam crucifigeretur, sperans flagellatione satiandam rabiem. M. 27. 15 ad 26. flagellatur, clamyde induitur , coronatur spinis alapis & arundine percutitur , sputis & illusorijs adorationibus iudicatur , producitur coram Pilato, & publicè , ab eo monstratur, vt a morte liberet, sed frustra: Iudei clamabant fore contra cæsarem hanc liberationem. Tunc tradit Pilatus JESUM, vt crucifigeretur M. 27 ad 31. Baiulans sibi crucem exiuit in Calvaria locum cum 2 latronibus & succumbit oneri crucis, vnde eius adiutor in portando sit Simon Syrenæus. Mulieribus flentibus, cladem Ierosolimitanam magis flendam monet, ac ad montem pergit. Sub finem horæ tertiae , seu in meridie crucifigitur inter duos latrones. Pilatus imponeit cruci titulum, quem recusat mutare. Milites dividunt vestimenta, & super tunicâ inconsutili sortiuntur. JESUS orat Patrem cælestem, vt ignoscat crucifixoribus: interea illuditur a Iudeis & gentilibus M. 27. 32 ad 43. E latronibus convitantibus unus couvertitur , cui mox paradisus promittitur. Matri & Ioanni moriens loquitur & factâ horâ 6 sol obscuratur ad horam nonam, & JESU clamante ad Patrem se derelictum , ac ad circumstantes *sitio* , vnde porrectum acetum: & consummatum est : clamans Pater in manus tuas commendō spiritum meum, inclinato capite expirauit. Tum velum templi scissum & terra mota : centurio & alijs percussierunt pectora sua dicentes vere filius Dei erat iste. JESU latus

Lanceâ aperitur. In monte manserunt solæ mulieres & noti a longe stantes M. 27. 44. ad 51.

*Joseph ab Arimathea* impetrato cadauere , illud cum, *Nicodemo* deponit de cruce, & aromatibus conditum involuit sindoni mundæ , sepelitque in monumento suo nouo , sub finem feriæ 6 , mulieribus observantibus ubi poneretur. Sabbatho Custodes & sigilla apponuntur Sepulcro M. 27. 57 ad 66. J. 19. 31 ad 42. Completo *sabbatho* in occasu solis , & incipiente feriâ primâ sub vespertino crepusculo *Maria Magdalena*, & *Jacobi*, forte dum *Salome* nomine ipsarum emptum iuit aromata venerunt ad explorandum , num aliqua mutatio facta esset circa sepulcrum Domini : & videntes illud clausum ac obsignatum, decreuerunt illuc diluculò se conferre, & tentare an possent vngere corpus Domini. Valde mané igitur profectæ sunt ad sepulcrum, eoque peruenerunt orto iam sole : sed *Magdalena* cæteris præcurrens, cum adhuc tenebræ essent , venit ad monumentum , & viso lapide sublato, nec inuento corpore Domini cucurrit ad *Petrum* & *Ioannem* dicens sublatum corpus. Interea reliquæ accedentes sollicitæ de reuoluedo magno lapide, viderunt reuolutum lapidem , & ex Angelis discunt resurrectionem. Cum hæ mox recessissent, cucurrerunt *Petrus* & *Ioannes* ad monumentum ac *Magdalena* cum ipsis: quibus abeuntibus mansit *Magdalena* foris plorans, & inclinans se vidiit duos angelos & conqueritur sublatum Dominum. Mox Jesus ei apparet sub specie hortulani , quem audiens agnoscit prouoluta ad osculandos pedes. In via apparuit reliquis mulieribus, quæ cum *Magdalena* narrarunt *Apostolis* , quæ viderant & audierant de Domini resurrectione. M. 28 ad 16. Sub vesperam apparuit 2 Discipulis euntibus in *Emaus*, qui nouerunt eum in fractio-

ne panis, & mox in Ierusalem ad reliquos reuersi sunt. Tum sero absente Thoma apparuit omnibus intrans ianuis clausis, pacem annuntians, comedens & insufflando dans potestatem clauium. J. 20. 19 ad 23. Post dies 8 apparuit iterum Iesus ianuis clausis, & Thomam ab Infidelitate ad fidem resurrectionis suæ convertit. Profectis in Galilæam Discipulis, manifestauit se ad mare Galilææ 7 Discipulis in pescatione miraculosa, & comeditione cum ipsis. Deinde Petrum trina interrogatione de sui dilectione constituit Pastorem Ecclesiae suæ, prædicens ei mortis genus, increpansque eius curiositatem de Ioannis persona & mortis genere J. 20. 24 ad 45. In monte Galilææ, forte Thabor docet 11 Apostolos formam Baptismi, mittens eos per totum mundum Evangelizare & Baptisare omnes, & promittens miracula in confirmationem, ac missionem SPIRITUS S. deinde eos eduxit in Bethaniam & ipsis benedicens ascendit in cælum. Illi simul reuersi sunt Ierosolimam, expectantes SPIRITUM S. M. 28. 16 ad 20.

Joannes Gerson SS. Litterarum Doctor resolutissimus composuit Monotessaron e 4 Evangelij. ecce 12. carmina  
 Mutus. sponsus. aue. in montana. puer. liber. ortus.  
 Jesus. stella. pians. it in Ægyptum. reperitur.  
 Vox. venit. esuriit. tu quis. vocat. hydrya. Pascha.  
 Spirat. baptisat. capitur. sons. regulus. ibat.  
 Tum quatuor. montis. demon. circuitio. sermo.  
 Si vis. dic. surgas. sequitur. mare. legio. tollas.  
 Conuicis. tibicen. caci. doctrina. rogate.  
 Misit. abit. Naim. Laudat. carpit Galilæos.  
 Pascha. paraliticus. spica. manus arida. fraudes.  
 Peccatrix. demon. qui sunt. ratis. explicat. inde.  
 Binos. mors. redeunt. pascit. remeantibus. adstat.  
 Non latit. clamat. surdus. bis millia. fines.

# Synopsis Praeceptorum Euangelicorum.

**S**Vb Lege Evangelica loco præceptorum multorum Cæmerialium successerunt pauca præcepta Sacra-mentalia, cum ritibus & cæmeronijs pijs ( non strictè præceptis ) Ministros & Ministeria concernentibus. Præcepta Iudicialia aliqua inserta Iuri Canonico & Ci- uili: cætera euacuata. Præcepta Theologalia fidei, Spei, Pænitentiæ, Charitatis Dei & proximi propter Deum eadem manent sub Lege Natura, scripta & Evangelica. Sub hac quidam fauores in Lege scripta permitti, aboliti: ut libellus repudij & polygamia. Quædam gra- uiora a Christianis exiguntur, quæ ab Hebreis propter infirmitatem ipsorum non exigebantur: quædam ad- dita: quædam clarius expressa, quæ obscuriora in Le- ge Moysi; itaque CHRISTUS non venit soluere legem, sed adimplere & perficere. Hæc patent ex prolixo ser- mone Domini in monte circa Capbarnaum ad Discipulos habito, qui continet omnia præcepta ad salutem ne- cessaria teste S. Aug. L. 1 de hoc Sermone c. 1. Vbi ait ad hunc Sermonem si quis piè sobrièque considerauerit, pu- te quod inueniet in eo, quantum ad mores optimos pertinet, perfectum vitæ Christianæ modum... Nam sic ipse sermo concluditur, ut appareat in eo præcepta esse omnia, quæ ad informandam vitam pertinent. Et in fine L. 2. Herum ni- bil metuit, qui fundatam habet domum supra petram: id est, qui non solum audit præcepta Domini, sed etiam facit.

Primo instruit Discipulos suos solos, ut fiant idonei Doctores: secundo tam ipsos, quam populos & auditores ipsorum. A Discipulis exigit virtutes in gradu heroï- co & perfecto, ac signanter 8. beatitudines. His sup- positis ait: Vos estis lux mundi, apti ad tollendas vin- cibilis ignorantia tenebras: sal terra, apti ad emendan-

das mundi corruptelas, & remouenda nouæ corruptelæ pericula. Præcipit eis exemplarem vitam M. 5. 16. *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona & glorificant patrem vestrum qui in cælis est ob perfectam observantiam Decalogi: non enim veniebat soluere Legem aut Prophetas, sed adimplere & perficere. Maiorem iustitiam requirebat in Discipulis & Doctoribus Euangelicis, quam erat in Scribis & Pharisaïs: Vnde reprobat aliquot horum corruptelas circa Decalogram, & pergit ad modum instruendi turbas. 1 Præceptum negatiuum: Non habebis Deos alienos coram me renouat M. 4. 10. Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruies. c. 5. 24. Non potestis Deo seruire & Mammonæ.*

**1** Affirmatiuum renouat M. 22. 37 *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c. c. 10. 37 qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus, & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.* 2 præceptum: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: Non peierabis, laxabant Scribæ & Pharisaï permittendo iuramenta per creaturas Dei, iuramenta per Deum ex leui causa, & dōcendo quod iuramenta per templum & altare Dei non obligarent; sed sola vota & iuramenta de dando dono super altare vel in templo M. 23. 16 ad 23: quia dona hæc & oblata in sua cedebant emolumenta. Laxitates hasce abrogat CHRISTUS c. 5. 34 mandans Non iurare omnino, nequidem per creaturas Dei nisi vrgeat necessitas, & tunc in veritate, iustitia & iudicio. Sufficere deberet sub Euangelica lege simplex affirmatio vel negatio: est est, non non, quidquid his abundantius est a malo est. 3 Præceptum: *memento ut diem Sabbathi sanctifices, nimis superstitione stringebant Scribæ & Pharisaï ad sola Sacrificia & eo spectantia, vnde sua emolumenta. Culpabant ipsum CHRISTUM Sabbathis**

bathis curantem infirmos, Discipulos Sabbatho vellentes spicas & manducantes cum esurirent grauiter, paralyticum portantem lectum, in quo infirmus decubuerat. CHRISTUS præter Sacrificia Sabbatho permittit & suadet quævis alia bona opera, resoluendo generaliter M. 12. 12, *Licet sabbatis benefacere.* Præceptum 4. Honora patrem & matrem restringebant ad suam utilitatem, post ponendo parentes grauiter egentes donis & oblationibus Deo promissis & primò præstandis M. 15. 3 ad 10. Imponebant parentibus dona Deo promissa præferenda esse parentum sustentationi. Hunc agendi modum claré contrarium legi Naturæ & præcepto 4, vocat CHRISTUS traditionem Pharisaicam; doctrinas & mandata hominum Mat. 15. 9 vti & lotionem manuum ante manductionem, Baptismata urceorum & calicum, aliaque multa his similia Mar. 7. 8 & improbat. Malè Hæretici præcepta Ecclesiæ spernunt tanquam similes doctrinas & mandata hominum. Ecclesia Romana pollet auctoritate & præcipit ad ædificationem. Scribae & Pharisei auctoritate carebant, & in destructionem docebant ac præcipiebant. Hinc CHRISTUS Mat. 12. 34 *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali?* Si hodie aliqui inter Catholicos similiter de præceptis Ecclesiæ & Prælatorum loquerentur, vti his diebus I. Verleeghten Presbiter: nunquid cum Hæreticis errarent? non dubitamus.

Præceptum 5: *Non occides perficit* CHRISTUS ve-  
tando omnem iram, vituperium & exacerbationem proximi ad homicidium tendentia & periculum aut occasionem magnam afferentia: generatim omnia incendiua. Præcipit insuper c. 5. 23 reconciliationem externam cum proximo offenso & concordiam cum adversario. Præceptum 6. *Non Machaberis extendit*

CHRISTUS vetando omnem sollicitationem, & conatum ad Mæchiam, esto altera pars soluta sit; imo ad simplicem fornicationem, & fornicandi attentionem ac concupiscentiam. Deserenda omnis occasio & persona periculosa; esto tam necessaria tibi, quam oculus dexter aut manus de xtra *y. 27 ad 31.* Abrogat libellum repudij antea viro permisum & pluralitatem vxorum, solum permittendo diuortium quoad torum & habitationem innocentia tam vxori quam viro pro casu adulterij, manente vinculo coniugij.

Præceptum 7: *Non furtum facies explanat M. 6. 19 ad 34 monens: nolite thesaurisare vobis thesauros in terra & nolite inordinate solliciti esse; sed querite primum regnum Dei & iustitiam eius.* Addit egentibus gratis dandum & mutuandum. Præceptum 8: *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium* restringit ad omne mendacium, & internum testimonium falsum per iudicium temerarium *M. 7.* Nolite iudicare ut non iudicemini. A fortiori nolite detrahere proximo aut falsum testimonium in vel extra Iudicium publicum dare.

Præceptum 9: *Non concupiscas uxorem proximi tui* ampliat ad omnem concupiscentiam venereum imo & simplicem delectationem morosam de venereis & 10: *Non domum, non agrum &c.* ad omnem cupiditatem bonorum temporalium.

Substantiâ præceptorum Decalogi ita explicatâ, & a pharisaicis interpretationibus vindicatâ pergit CHRISTUS ad modum: vetans in his omnibus vanam gloriam & ostentationem c. 6. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in celis est.* Quia vero tria præcipua sunt bonorum operum genera: *Oratio ad Deum, ieiunium ad nos, & elemosina*

ad proximum, ad quæ reliqua reducibilia, pergit doce-  
re de eleemosina, ne fiat ad ostentationem, vt faciebant  
scriba & Pharisæi : sed occultissimè, vt tantummodo  
ipse sciat qui facit, & mox vt fecerit obliuiscatur ac  
nescire conetur, sed ad alia opera bona se totum accin-  
gat. Orationem oris breuem ac solitariam, & puræ  
mentis ac boni operis continuam commendat vt semper  
gaudentes sine intermissione oremus. Breuem oris ora-  
tionem assignat ¶.9. PATER-NOSTER &c. 3 Petitio-  
nes Deum, 4 nos concernunt: est totius Euangelij breui-  
arium, quod quotidie legant Christiani, sicut Officium  
Ecclesiasticum est totius S. SCRIPTURÆ Breuiarium,  
quod annuè semel legunt Clerici & Religiosi cum SS.  
PP. expositionibus. Horum est docere plebem ex S.  
SCRIPTURA. Plebi justè prohibuit & prohibet Eccle-  
sia S. SCRIPTURA in lingua vulgari promiscuam lecti-  
onem. Regulas Indicis SS. Syn. Trid. jussu editas anno  
1667 Alexander VII suo Jndici librorum prohibitorum  
Roma Typis Reu. Cam: Apost. impresso præfixit & Bul-  
lā: Speculatores § Martij 1664 cum observationibus &  
instructione seruari mandauit, & Auctoritate Apost confir-  
mavit: vii 1681 Innoc. XI in suo Indice. Regula 4  
hæc habet: Cum experimento manifestum sit, si Sacra Bi-  
blia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus  
inde ob hominum temeritatem detrimenti quam utilitatis ori-  
ri, hac in parte iudicio Episcopi & Inquisitoris stetur, vt  
cum consilio Parochi vel Confessarij Bibliorum a Catholicis  
auctoribus versorum lectionem vulgari lingua eis concedere  
possint, quos intellexerint ex huiusmodi lectione non damnum,  
sed fidei atque pietatis augmentum capere posse: quam fa-  
cultatem in scriptis habeant. Qui autem absque tali facil-  
tate ea legere seu habere præsumperit; nisi prius Biblijs Or-  
dinario redditis peccatorum absolutionem percipere non possit,

Observatio Clementis VIII. circa 4 Regulam: Animad-  
uertendum ... nullam per hanc impressionem & editionem  
de nouo tribui facultatem Episcopis vel Inquisitoribus aut  
Regularium Superioribus concedendi licentiam emendi, le-  
gendi aut retinendi Biblia vulgari lingua edita, cum hac-  
tus mandato & usu S.Rom. & universalis Inquisitionis sub-  
lata eis fuerit facultas concedendi huiusmodi licentias le-  
gendi vel retinendi Biblia vulgaria, aut alias S. Scripturæ  
tam noui quam veteris Testamenti partes, quauis lingua vul-  
gari edita: ac insuper Summaria & compendia etiam His-  
torica eorumdem Bibliorum seu librorum S. Scripturæ quocum-  
que vulgari idiomate conscripta: qaqd quidem inviolatè ser-  
uandum est.

Regula 5. generalis Inquisitionis Hispanicæ sic habet:  
cum experientia docuerit ex permissione Sacrorum Bibliorum  
lingua vulgari, plus inde ob hominum temeritatem, igno-  
rantiam aut malitiam detrimenti, quam utilitatis oriri, pro-  
hibentur Biblia lingua vulgari extantia, cum omnibus earum  
partibus impressis aut manuscriptis: pariter summaria &  
compendia, quauis Historica eorumdem Bibliorum aut li-  
brorum Sacrae Scripturæ idiomate aut lingua vulgari ....  
librum qui vulgo vocatur Epistolarum & Evangeliorum  
idiomate vulgari ... quandoquidem est magna ex parte &  
fere totus e Textu Sacro; ob periculum cui populus ignarus  
& vulgus subest erroris ex prauo intellectu, aliaque incom-  
moda, quæ experientiâ animadversa sunt. Declaratur non  
esse idioma vulgare, Hebraicum, Gracum, Latinum, Chal-  
daicum, Syriacum, Æthiopicum, Persicum & Arabicum.

In Indice Alex. VII. pag. 14 vetita: Biblia vulgari  
quocumque idiomate conscripta ... Bibliorum summaria &  
compendia etiam Historica vulgari quocumque idiomate con-  
scripta. Eadem habet Index Innoc. XI. pag. 29 &c 30.  
Nullum itaque dubium, quin prohibita Gallica versio  
monten

montensis & Flandrica Embricensis a S. Sede Apost. quidquid obganniat petulantius Auctor huius in sua nuperæ epistola prælo data ad virginem deuotam. & esto S. Sedes non prohibuisset, id poterat Archiepiscopus vigore Regulæ 10 Indicis SS. Trid. Synodi, quæ habet: *Librum sit Episcopis aut Inquisitoribus generalibus, secundum facultatem quam habent, eos etiam libros, qui his regulis permitti videntur prohibere; si hoc in suis Regnis, Provincijs vel Diæcesibus expedire iudicauerint.* Hæc obiter animaduersa ad obriandum transgressionibus.

Vti ab eleemosina & oratione vana gloria & ostentatio remouenda, ita a Jejunio & pœnitentijs ceteris externis: hinc M. 6. 17 cum ieunias vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieunans. Sub obseruantia accurata Decalogi & bonorum operum exercitio occurrere solent 3 impedimenta diligenter remouenda. 1. inordinata sollicitudo pro victu, vestitu & aliis necessariis. Ideo ¶. 25 ne solliciti sitis anima vestra quid manducetis neque corpori vestro quid induamini &c. ad ¶ 34. crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua. 2. Auaram conquisitionem diuitiarum remouet CHRISTUS ¶. 19 nolite thesaurifare vobis thesauros in terra, ubi erugo & tinea demolitur: & ubi fures effodiunt & furantur. 3. Nimiam & inutilem aut noxiā sollicitudinem pro proximo monet declinandam c. 7. Nolite temere iudicare, ut non iudicemini, nolite dare sanctum canibus neque mittatis Margaritas vestras ante porcos. Per sanctum intellige prædicationem & correptionem fraternalm Doctrinam Fidei, Sacramenta, miracula. Impedimentis remotis 3 offert adiutoria. 1. Gratia Dei humili oratione a Deo postulanda, & certo impetranda ¶. 7 petite & dabitur vobis. querite & invenietis, pulsate & aperietur vobis. 2. Conatus noster diligens. ¶. 13

intrate per angustam portam præceptorum Decalogi , de qua Gerson Par. 1. Tractatu de secta flagellantum se n. 10 lex CHRISTI data est sufficienter in præceptis Decalogi, quorum obseruatio facta cum bona simplicitate, & ut ita dicatur grossa fide; satis est ad salutem præser-  
tim Laicorum & popularium, absque noua grauissimo-  
rum onerum impositione iuxta illud CHRISTI Mat. 19  
*si vis ad vitam ingredi serua mandata.*

Nonne etiam docet Gerson licere plebi lectionem promiscuam S. SCRIPTURÆ idiomate vulgari , vel præ-  
cepta id vetantia tam Papalia quam Episcopalia esse mera  
præcepta humana a CHRISTO in Evangelio Matt. 15.9  
reprobata tanquam doctrinas & mandata hominum ? nullo modo. Par. 1. Tract. de potestate Eccl. edito Constantia  
tempore Concilij generalis Consideratione 4 docet Pote-  
statem Ecclesiasticam Iurisdictionis in foro externo ex  
Matt. 18.17 dicens: fundatur in hoc textu plenitudo po-  
testatis gladij spiritualis, & executio eius in Ecclesia su-  
per quemlibet Christianum ... procedendi denique con-  
tra non obedientes usque ad sententiam excommunicati-  
onis inclusuē : imo secundum Canones nunc institu-  
tos usque ad inuocationem brachij sæcularis. Audire  
igitur debet Ecclesiam quilibet Christianus qui dicit ad  
Deum : Pater noster. In ipso tractatu de contemptu clau-  
ium ab I. Verleeghten citato : docet Consid. 1. Con-  
temptus clauium Ecclesiasticarum causat quasi formaliter & principaliter excommunicationis & irregularita-  
ris detrimentum. Excipit Consid. 4. contemptum con-  
tra præceptum aliquod. Prælati quando manifeste &  
notoriè Prælatus abutitur in huiusmodi præcepto clau-  
ium potestate. Et hoc dum scit & cognoscit ille qui non  
obedit : nec aliunde generat in se vel in alijs scandalo-  
sum contemptum clauium.

Tertium adiutorium a CHRISTO Matt. 7. 15 suggeritur: attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis cuium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Contra patentes Sribas & Pharisæos iam præmuniti erant, & moniti ut cauerent. Ab his subdolis & latentibus adversarijs grauius imminebat periculum multò cautius cauendum. Igitur sequendi Doctores boni & Doctrinæ eorum sana. Tales Apostoli & Discipuli CHRISTI. Tales horum successores Legitimè a S. Matre Ecclesia missi. In dubio, a fructibus eorum cognoscetis eos, non a verbis vestibus aut gestibus: ex fructibus sana agnita Doctrina CHRISTI a turbis, erat enim docens eos ψ. 29 sicut potestatem habens, & non sicut Sribæ eorum & Pharisæi. Docebat magno spiritu, feroore & efficaciâ res summi ad æternam salutem momenti, claramque veritatem: opere & miraculis doctrinam suam confirmabat, solam Dei gloriam & hominum salutem quærendo. Pharisæi flaccidé docebant, & varia friuola: non faciebant quæ docebant, & gloriam suam hominumque plausum ultra lucrum intendebant. Deus auertat ab Ecclesia sua S. Doctrinas Pharisæicas & spiritum Pharisæicum, detque viros Apostolici Spiritus.

### Synopsis Chrono-Logica actuum Apostolorum.

**P**RÆMONET Ricciolus L. 9. duas esse causas generales Discrepandi ab alijs Chronologis. 1. annum primum vulgaris Epochæ Christianorum statuimus concurrere a Kal. Ianuarij cum vero primo anno CHRISTI, natu octiduo antea. Altera, Passionem statuimus an. 33 die 3 Aprilis. qui nativitatem vno vel pluribus annis priorem Epochæ vulgari arbitrantur, aut prædicationem paucioribus aut pluribus, quam 3 annis & 3 mensibus

214 Acta An. 33. 34. 35. 36. 37. 38.  
circumscribunt, necesse est ut dissideant a nobis.

Acta omnia Apostolica, quæ S. Lucas ad cap. 7 inclu-  
siuē narrat contigere anno 33 CHRISTI currente usque  
ad finem. Inter hæc lapidatio S. Stephani & Jacobi Mi-  
noris assumptio ad Episcopatum Ierosolimitanum. an. 34  
incipit & continuatur persecutio grauis in Ecclesia  
Saulo eam vastante. Disperguntur Discipuli præter Apo-  
stolos. Philippus Diaconus baptisat Eunuchum. Petrus &  
Ioannes agunt in Samaria & reduces Ierosolimam, Reli-  
quis reserunt c. 8, c. 16, ad 19. An. 35 Saulus con-  
vertitur: It in Arabiam, redit Damascum, pax Ecclesiæ  
datur: Petrus visitat Lyddam, Joppen, Cæsaream, Cor-  
nelium centurionem gentilem baptisando. c. 9. c. 10.  
An. 36 Petrus Ierosolimam reuersus narratâ visione lin-  
tei apparitione Angeli, & lapsu SPIRITUS S. super  
Gentiles Cæsarea nondum baptisatos, concludit cum A-  
postolis Gentiles ad Baptismum admittendos c. 11. ad 18.  
Proinde manentibus Ierosolima Iacobo Minore & Ioanne  
ad seruiendum V. MARIAE, reliqui Apostoli confecto  
Symbolo Fidei & Matthæus scripto Euangelio, eunt in  
diuersas Provincias ad Euangelisandum Gentibus. Ia-  
cobus Maior it in Hispaniam, alij aliò. Auditâ multitu-  
dine fidelium Antiochiae, Petrus ibi erigit Cathedram 28  
februarij, præmisso illuc Barnaba. c. 11. 20. ad 25. An.  
37 Iacobus Maior venit in Hispaniam, reuersurus an 41.  
An. 38. Saulus triennio post sui conversionem demissus  
ex muro Damasci per sportam, & deductus Ierosolimam  
ad Apostolos per Barnabam, visitat Iacobum Minorem &  
Petrum, manens diebus 15: sed ob insidias Iudeorum  
deducitur a fratribus Cæsaream, inde Tharsum, ac in par-  
tes Syria & Cilicia Gal. 1. 18 ad 22. Act. 9. 23 ad 31  
& c. 22. 17 ad 22. Anno 39 Barnabas Antiochiam Thar-  
sum it, quærens Saulum; repertumque dicit Antiochiam

vbi anno toto conversantur & aucto numero fideles nominantur CHRISTIANI. c. 11. 25 ad 27. Agabus Prophet a anno 40 Antiochenis prædictit famem vniuersalem. Discipuli colligunt vndique subsidia mittenda Ierosolimam & per Iudeam manu Sauli & Barnabæ p. 27 ad 30. An. 41 subsidia deferuntur fame sub Claudio grassante. Herodes Agrippa ex Tetrarcha Rex Galilææ erat. Claudius Imperator eius regno adiungit Samariam & Iudeam. Herodes pergit Ierosoliman ad festum Paschatis. & gratificaturus Iudaïs incipit vexare Ecclesiam. Reuersum ex Hispania Iacobum maiorem paulo post Pascha decolari iubet c. 12.

Anno 42 Petrus visitat Fideles Ierosolima oppressos ab Herode. & includitur in carcerem die Azymorum, producendus post Pascha populo: sed liberatus ab Angelo inde recedit, visitatâ Antiochiâ: ibique relicto Euodio sui Vicario. & postea successore, Romam contra Simonem magum proficiscitur. Barnabas & Saulus relictâ Antiochiâ proficiscuntur Seleuciam & inde in Cyprum c. 13 ad 5. An. 43 Petrus Romam venit 18 Ianuarij & Sedem figit. Barnabas & Saulus in Cypro multa præclarè agunt. & Saulus conuerso ad fidem Paulo proconsule, assumit nomen Pauli c. 13. 5 ad 23. An. 44 Paulus & Barnabas a Papho veniunt in Pamphiliam, & inde Antiochiam Pisidie disseminantes verbum per vniuersam Regionem illam p. 13 ad 50. Herodes ob superbiam percussus ab Angelo perit c. 12. 18 ad 24. An. 45, Paulus & Barnabas electi de finibus Pisidia veniunt Iconium, vbi diu morantur signa multa patrantes & plurimos conuertentes c. 13. 50. c. 14 ad 6. An. 46. Ne Iconij lapidarentur, fugiunt Lystram, ituri in Derben, euangelisantes in circuitu. c. 14. 4 ad 7. An. 47 reuersi Lystram, post sanatum Claudium, Paulus pro Mercurio

curio & Barnabas pro Ioue habitus. Deinde Paulus lapis datus, & cum Barnaba Derben profectus multis euangelisat: reuersique Lystra & Iconium confirmant Discipulos, constituunt Presbiteros per omnes Ecclesias & transeuntes Pisidiam eunt in Pamphiliam c. 14. 7 ad 24. An. 48 in Pamphilia euangelizant, deinde in Athalia; unde reuersi Antiochiam Syriae, narrant quanta fecerit Deus cum ipsis p. 24 ad 27. An. 49 Claudij Edicto Iudei omnes coguntur exulare Romam, unde Petrus redit in Iudeam, quo mittuntur Paulus & Barnabas. Petrus Ierosolimae in primo Concilio Apostolorum decidit controversiam de Circumcisione & Lege, approbantibus reliquis decisionem. Paulus & Barnabas litteras decretales deferunt Antiochiam. Huc postea veniens Petrus amicè monetur a Paulo c. 15 ad 36 & Gal. 2 ad 17.

Anno 50 visitant vniuersas Provincias in quibus praedicauerant, diuisi ab inuicem: Barnabas cum Ioanne Marco Cyprum, Paulus cum Sila Ciliciam, Syriam & Lycaoniam. Visione quadam invitantur in Macedoniam, vbi Philippis post aliquot miracula flagellati, pergunt Amphipolim, Apolloniam, Berrhaem, Thessalonicam & Athenas, vbi Dionisius Areopagita convertitur c. 15. 36. c. 16. c. 17. An. 51 Paulus Athenis Corinthum venit, vbi reperit Aquilam Ponticum Iudeum, nuper ab Italia appulsum vi Edicti Claudij. Hic clam manserat in Italia. Silas & Timotheus superueniunt ex Macedonia Corinthum, vbi manet Paulus Dei iussu 18 mensibus c. 18. ad 11. An. 52 mense 8 Paulus cum Aquila & Priscilla nauigat in Syriam. His Ephesi relicts, venit Casaream, visitat Ierosolimam, descendit Antiochiam: postea visitat Galatiam & Phrygiam p. 11 ad 24. An. 53 & 54 Paulus reuersus Ephesum 3 mensibus disputat in Synagoga, & biennio in Scola publica docet confluentes extota

Asia, miracula multa edens plurimosque conuertens c.  
19 ad 20. An. 55 mense 5 sedato tumultu a cultoribus  
Diana Ephesina concitato, præmisso Timotheo & Eraglo,  
nauigat in Macedoniam eam visitans, & inde venit in  
Græciam 21 ad 40 & c. 20 ad 3. Abrogato per Nero-  
nem Edicto Claudy Petrus Romanum redit. An. 56 Paulus  
in Græcia moratus 3 menses, redit cum Luca & alijs Phi-  
lippos, inde soluen: post dies Azymorum per Iroadem,  
Asson, Mitilenem, Chium, Samum, Miletum, Coum, Rho-  
dum, Pataram, Syriam, Tyrum, Ptolemaidem & Cæsaream  
venit Jerosolimam sub festum Pentecostes. Alligatus &  
Claudio Lysia Tribuno mittitur Cœs. regi ad Felicem  
Præsidem, & ab eius successore Portio festo appellans ad  
Cæsarem, mittitur Romanum per Sidonem, Lystram, Cyprum  
& Melitam c. 20. 3. ad c. 28. 8. An. 57 & 58. cum in  
Melita insula per 3 menses hiemasset, per Syracusas,  
Rhegium Puteolosque deducitur Romanum, permisusque est  
habitare in conducta domo cum custodiente se milite  
per biennium c. 28 ad 31. Finit Lucas Historiam.

Anno 59 Paulus a Nerone dimissus peragrat Hispaniam  
& Galliam. An. 66 Petrus & Paulus Romanum redeunt con-  
firmaturi Christianos a Nerone oppressos, & profligaturi  
Simonem maguni. Petrus scribit Epistolam secundam,  
prædicens velocem depositionem tabernaculi sui. An. 67  
Simone mago prostrato Petrus iussu Neronis crucifigitur  
& Paulus decollatur 29 Junij. An. 92 S. Joannes a Pro-  
consule missus Epheso Romanum & in feruentis olei dolium  
missus exit illæsus, & in Patmos insulam relegatur. An.  
94 scribit ibi Apocalypsim. An. 96 reuocatur ab exilio,  
& Ephesum reuertitur. An. 100 & 68 a passione Do-  
mini moritur, anno ætatis 97.

Ecce materiam copiosam fructuosi studij Scripturi-  
stici, tam pro Discipulis qui studeant imbibere & pene-

trare, quam pro Magistris, qui sub lectionibus & exercitijs studiosis conabuntur castigare, explanare & ampliare. Ita breui habebimus assistente Deo, qui plebem doceant scientiam salutis selectam e S. Scriptura, nec opus erit plebi lectio S. Scripturæ aliorumque prohibitorum per Decreta præscitata. Inter hæc meritò computanda: *Historia veteris & noui Testamenti cum applicationibus adificatorijs, e SS. Patribus de promptis, ad regulandos mores in quoouis hominum statu.* Passim nominatur *Historia Biblica.* Extat gallicè impressa Parisijs Typis Petri le petit 1680, & alibi reimpressa. Teritur manibus plurimorum. Extat & flandricè impressa, Antverpiæ 1683, vt præfertur, pro Frederico van Metelen Bibliopola sub signo 4 *Evangelistarum.* Accipe mendum vnum e pluribus Historiæ huius. Numer. 15. 32 deprehensus est colligens ligna in die Sabbathi. Includitur carceri donec consulatur Dominus, dixitque *¶.* 35 *Dominus ad Moysen: morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra.* Historia gallica & flandrica vertit pro voce: *ligna, vocem: paululum straminis vel palearum, fig. 56. pag. 111 in gallica: pag. 128 in flandrica. Historia vita Domini nostri Iesu Christi per 4 Evangelistas descripta, ab Auctore Anonymo collecta & anno 1675. 22 Januarij a J. Roucourt S. T. L. Ecclesiæ Coll. D D. Mich & Gud. Plebano Librorum Censorre approbata: & 1692 Bruxellis Typis Iudoci Stryxwant impressa, pariter prohibita.* Optat in Præfatione Auctor, vt quisque Pater familias curet omni vespere legi vnum caput coram tota familia, illudque breuiter exponat, vt credant lecta & conformiter lectis viuant. Cap. 138 pro voce: *socer Caipha, Joan 18. 13 quia Caiphas filiam eius duxerat vxorem, vertit: Sororius Caipha, quasi Annas sororem Caiphæ habuisset uxorem,*

rem. Auctor versionis Embricensis in *Actis Apost.* c. 2. 27 & *Psal.* 15. 10 pro voce: *infernus*, vertit: *sepulcrum*. Sciat in Indice Alex. VII. & Innoc. XI prohibita Biblia Roberti Stephani &c. & discet ex Indice librorum expurgandorum a pag. 101 quoad voces: *Non derelinques me in sepulcro*, se in eadem esse damnatione, ac emendet errores; scribit enim ad Deuotam pag. 35: *opponenti respondebimus*, vel conuicti, iuuante Deo cedemus veritati. Præstat errores fateri quam tueri.

### *De tempore eiusque partibus in S. Textu.*

**T**empus mundo coëuum est. Partes temporis ordinarij: *annus mensis, septimana, dies, hora*. Hæc dividitur in 60 minuta: minutum in 60 secunda: secundum in 60 tertia &c. ad 10. Hora æqualis est 24 pars diei: inæqualis, octaua. Vnaquæque harum habet 3 fere horas. Partes diei naturalis sunt nox & dies artificialis. Hic est existentia solis supra Horisontem. Hi dies extra Æquatorem inæquales, longiores sub æstate, dum noctes breuiores. Patriarchæ antiqui & Hebræi, in memoriam creationis mundi, dum *Gen.* 1. tenebræ præcesserunt Lucem, quâ continuatâ factus dies unus, diem inchoabant a vespera, quia factum est vespera nox artificialis, & mane dies artificialis *Dies unus, Sabbatha, Neomias* & festa reliqua, a vespera usque ad vesperam *Levit. 23. 32* celebranda. *Europæi* inchoant diem a media nocte in medianam noctem sequentem, vti & *S. Ecclesia Romana* in festis & officijs diuinis, ieunijs, abstinentijs a cibis & labore seruili. *Astronomi* diem inchoant a meridie præcedenti: pauci a solis ortu. Tempore prædicationis & passionis *CHRISTI Romani* inchoabant a media nocte, & similiter *Judei Romanis Tributarij*. Noctem brumalem & æstivam diuidebant in

4 noctis vigiliæ. Duæ priores ab occasu solis ad medium noctem , & duæ posteriores a media nocte ad iolis ortum durabant singulæ tribus quasi horis. Tren. 2. 19. *con surge lauda in nocte, in principio vigiliarum. Iudic. 7. 11. ubi erant armatorum vigiliae primæ, audiuit Gedeon interpretationem visionis militaris præsagam victoriæ, unde cum 300 viris Gedeon venit* x. 14. *incipientibus vigilijs, noctis mediae. Luc. 12. 38 agitur de seruis noctu advigilantibus aduentui Domini sui: si venerit in 2 vigilia, & si in 3 vigilia venerit & ita inuenierit, beati sunt serui illi. vigilia 4 vocatur matutina Exod. 14. 24. Iamque ad venerat vigilia matutina , & Deus omnes Ægyptios cum Pharaone rege submersit in mari rubro. 1. Rég. 11. 11. Saul ingressus est media castra in vigilia matutina & percussit Ammon. Mat. 14. 25. Nauicula in qua Petrus iactabatur fluctibus tota nocte ob contrarium ventum, quarà autem vigiliâ noctis JESUS venit ad eos ambulans suprà mare, & liberans periclitantes. Lucanus quoque canit: *tertia iam vigiles commouerat hora secundos. Vti nox ita dies diuisa in 4 horas trihorias. Prima incipiebat oriente Sole, tertia terminabatur in meridie, & incipiebat sexta: nona terminabatur in occasu solis. Jo. 4. CHRISTUS cum Samaritana ad puteum Iacob loquebatur horâ quasi sextâ: & c. 19. Pilatus CHRISTUM flagellatum spinisque coronatum monstrauit Iudeis horâ quasi sextâ, seu èa propinquâ. Et Mar. 15. 25 erat autem hora tertia finiens & sexta incipiens, & crucifixerunt eum.**

*Hebdomoda, septimana seu sabbatum, constat 7 diebus. Incipit a feriâ 1 seu Dominicâ: finit feriâ 7 seu die sabbathi. Vulgus a planetis denominat diem solis, luna, mar- tis, Mercurij, Iouis, veneris, saturni, bona fide, vt supponimus. Astrologi Iudicarij soli feriâ 1 dant prædominiun horâ 1.8. 16. 24: Luna simili modo feriâ 2: Marti fer*

feriâ 3: Mercurio feriâ 4: Ioui feriâ 5: Veneri feriâ 6.  
Saturno feriâ 7. Hæc superstitiosa & vana, uti domus  
caestes, triplicitates, exaltationes, sigilla & similia præ-  
dictionum principia. Quatuor septimanæ constituunt  
mensem lunarem. Hic triplex: illuminationis, peragra-  
tionis, assecutionis. 12 Menses lunares constituunt annum  
lunarem ordinarium: 13 Embolimeum. 12 Menses so-  
lares constituunt annum solarem. Excessus huius Epacta.

Annus sidericus, solis Dies. Hor. Min. Sec. Ter. Quar.  
seu Assecutionis. 365. 6. 9. 21. 42.

An. solaris Tropicus 265. 5. 48. 48.

An. lunaris ordinari. 354. 8. 48. 38. 10. 6.

An. lunaris Embolim. 383. 21. 32. 41. 20. 57.

Epacta an. 1. rigorosa 10. 15. 11. 21. 49. 54.

annor. 2. 21. 6. 22. 43. 39. 48.

annor. 3. tum Emb. 32. 8. 50. 2. 18. 43.

annor. 4. & diei Biss. 44. 0. 1. 24. 8. 43.

Epacta Vulgaris 11 dierum.

Mensis Lun. assecutionis. 29. 12. 44. 3. 10.

Mensis solaris an. 12 pars 30. 10. 29. 4.

Annus magnus revolutionis siderum: 25579 anno-  
rum: annus canicularis 1440. Necdum exploratum,  
an omnium siderum motus inter se commensurabiles  
sunt Astronomis, ita Deus mundum tradidit disputationi eo-  
rum, ut non inveniat homo opus quod operatus est Deus ab  
initio usque ad finem Eccle. 3. 11.

Cyclus Metonis 19 annorum aptior est usui ciuili &  
ecclesiastico & annue ministrat aureum numerum se-  
cundum tabulam infra, Ad hunc inveniendum, adde  
anno proposito unitatem v. g. 1699 addito 1. fit 1700.  
Diuide per 19. & quotiens dabit Cyclos absolutos 89  
si quotienti adhaereat fractio, numerator fractionis est  
Cyclus lunæ, seu aureus Numerus. Si nil adhaereat, nu-

merus aureus erit 19 v. g. an. 1699 est 9. adhærens quotienti 89. Suppone iuxta vulgatam, mundum durasse 5880 annis. Hi diuisi per 19 dant 309 Cyclos completos, & nonum annum Cycli currentis 310. Pone verò iuxta 70 Interpretes mundum durasse 7343 annis: hi diuisi per 19 dant Cyclos completos 386 & 9 annum Cycli currentis 387. CHRISTO Domino nato annus unus Cycli Metonis erat elapsus. Ideo addenda unitas, ut supra. Inuenio aureo numero anni, facilis inventio Epactæ, seu Nouilunij. Si hoc sæculo aureus numerus sit 1. 4. 7. 10. 13. 16. 19. Idem erit numerus Epactæ: si 2. 5. 8. 11. 14. 17. adde 10 & habes Epactam: si verò 3. 6. 9. 12. 15. 18 adde 20 & habes Epactam. Si exurgens summa sit 30 vel ultra, habes veadar & annum Embolimeum. Si computando aureum numerum per articulos digitii, cadat in articulum 1: aureus numerus & Epacta coincident: si cadat in 2 Articulum adde 10: si in 3. adde 20 & habes Epactam anni desiderati. Toto sæculo sequenti 1700 ad 1800 exclusiue subtrahenda unitas pro Epacta. v. g. 1700 aureus numerus 10: Epacta 9; 1701 aureus numerus 11 Epacta 20. 1702 aureus Num. 12. Epacta 1.

Pro Paschate reperiendo, habito aureo numero & Epacta, post Martis nonas ubi fit noua luna require,  
bis, septem completo dies ut Pascha sequatur.

Hoc anno 1699 aureo numero 9 adde 20, fit 29 Epacta seu nouilunium Die 1 Aprilis: plenilunium 15 finita, & littera D die 19 Aprilis dat Pascha Christianorum quod Pascha Iudeorum semper præcedat. Annus antiquus solaris erat æqualis moderno, ut patet ex anno Diluuij Gen. 7. incipiebat ab æquinoctio verno, mense Nisan. Prima Neomenia dabat Pascha Iudeorum in plenilunio proximo æquinoctiali consequente.

## Kalendarium Hebraicum e S. Scriptura.

Sabbatha & Neomenia inter festa numerentur.

D. I. Mensis NISAN seu ABIB dierum 30.

1. Ieiunium ob mortem Nabad & Abiu fil. Aaron.

eodem die erectum Tabernaculum Exod. 4.

10. Procurandus agnus Paschalis Ex. 12. 3.

14. Exterminium fermenti: ad vesperam Agni occisio  
ꝝ. 6. Noꝝte Agni comedio & consumptio. ꝝ. 8.

15. Solemnitas & 1. dies Azymorum. dein 6 alij ꝝ. 15.

16. Oblatio manipuli spicarum nouarum Lev. 33. 10.

21. Solemnitas celeberrima Azymorum Ex. 13. 6.

26. Ieiunium ob mortem Iosue filij Nun, Ios. 24.

D. II. Mensis JIAR seu ZIUS, 29 dierum.

1. Census publicus seu numeratio Israelitarum, Num. 1.

10. Ieiun ob Arcam captam & mortem Heli 1. Reg. 4.

15. Murmur & conspiratio contra Moysen Exo. 16.

23. Solemnitas. Simon captâ Gazâ mundat arcem.

22. Ieiunium. Moritur Samuel & lugetur, 1. Reg. 25.

D. III. Mensis SIBAN seu Siuan 30 dierum.

6. Solemnitas Pentecostes seu Hebdomadarum, Lev. 23.

23. Ieiunium. 10 Tribus sub Ierob. deferunt Templum.

25. Ieiunium ob cædem Samuel filij Gamalielis.

27. Ieiunium. Rabbi Hainna combustus cum lib. Legis.

D. IV. Mensis THAMUS seu TAMUZ 29 dierum.

17. Ieiunium. Legis tabulæ fractæ. Epistemon cremat  
librum Legis, ponitque statuam in Templo.

D. V. Mensis ABB. 30 dierum.

1. Ieiunium. Moritur Aaron Pontifex, Num. 33. 38.

9. Ieiunium ob Decretum contra Iudeos. Desolatio  
templi: die 10 Nabuzardan incendit domos Ier. 52.

18. Ieiunium. Extincta lucerna vespertina sub Achaz.

D.

D. VI. Mensis ELUL, 29 dierum.

7. *Ieiunium* ob causam ignotam, ex traditione,  
17. Moriuntur exploratores, quia detraxerant terræ  
D. VII. Mensis THISKI seu ETHANIM, dierum 30.

1. Clangor tubarum, *Lev. 23. 24* legis lectio inchoata

[3. *Ieiunium* ob cædem *Godolia*, *Ier. 41. 2.*

7. *Ieiunium* ob vitulum fabricatum, *Ex. 32. 4.*

29. *Ieiunium Kippurim* seu expiationis a veipeira, *Le. 16*

10. *Ieiunium & solemnitas expiationis*, *Lev. 23. Num. 29*  
Instans *Jubilæum* indicendum clangore tubæ. L. 25

25. *Scenopegia* seu festum *Tabernaculorum* *Ieu. 23.*

21. *Hosanna Rabba*, gestatio palmarum & salicium.

22. *Solemnitas octauæ Scenopegiæ & Cœtus* ¶. 36 N. 29  
festivitas legis, &c temp*i Salom.* *Encænia* 3. *Reg. 8.*

D. VIII. Mensis MACHESUAN seu BUL, 29 dierum,

7. *Ieiunium.* Sedecias excæcatur &c. *Jerem. 52.*

D. IX. Mensis CASLEU 30 dierum,

25. *Festam* ob victoriam *Judith* c. 16. *Encænia* 8 dierum

28. *Ieiunium.* *Ioakim* comburit librum *Ieremiac.* *Ier. 36.*

D. X. TEBETH 29 dierum.

8. *Lex* translata a 70 in linguam græcam.

10. *Ieiunium.* *Ierusalem* obsidetur a Rege Babyl 4. R. 25

D. XI. Mensis SEBAT seu SCHEBAT. 30 dierum.

5. *Ieiunium.* Moriuntur *Seniores post Iosue* *Iud. 2.*

23. *Ieiunium.* Omnes *Israelitæ* pugnant contra *Beniam*

D. XII. Mensis ADAR in anno communi 29 dierum

15. *Phurim*, festum sortium minus. adde festa 5 seq.

D. XIII. ADAR posterior in an. *Emboli*, dierum 30.

7. *Ieiunium.* Moritur *Moyses*, *Deuter. 34*

9. *Ieiunium.* Dissidium scolæ *Hillel* & scolæ *Sammæi*

13. *Festum* ob cædem *Nicanoris.* *Eſther* *ieiunium.*

14. *Phurim* & festum sortium: biduo vacatur genio.

15. *Encænia* *Templi Zorobabelis.* Defendec

Antverpiæ 8 May F. JAC. VANDEN SANDE.

Dum in Gallia & Belgio nouitatibus sané multis turbatur Doctrina Catholica sana & communis , iure merito securim ad radicem ponit S. Mater Ecclesia, proscribendo errores. Id facit his diebus Constitutio INNOC. XII de 12 Martij 1699 prohibens librum. cuius titulus : *Exposition des Maximes des Saints sur La vie interieure* , ex cuius Lectione & vsu Fideles sensim in errores ab Ecclesia Catholica iam damnatos induci possent, ac insuper tanquam continentem Propositiones siue in obuio eorum verborum sensu , siue attentâ sententiarum connexione, temerarias, scandalosas, malè sonantes, piarum aurium offensiwas, in praxi pernitiosas, ac etiam erroneas respectiue. Itaque propositionum proscriptarum contradictoriae Catholicæ sunt & veræ. Proscriptæ nimium sapiunt rigorem, statum viæ, viresque hominis lapsi etiam ordinarijs gratijs præuenti & corroborati superarevidentur, nimiamque exigunt ab homine fragili perfectionem. Videtur Auctor solum amorem Dei purum requirere in viatoribus ad perfectionem assequendam. & huic prærequirere omnimodam derelictionem , etiam sui ipsius, & omnis boni sui, etiam æterni. Non ita rigidè docebat Charitatis Doctor S. Aug. Non ita practicabat S. Bernardus. Imo hic Epistolâ III quæ est ad Carthusienses & Guigonem Priorem ita scribit de Amore Dei in homine viatore: *Paulatim sensimque Deus innotescit, consequenter & dulcescit, & sic gustato quam suavis est dominus, transit ad tertium gradum, ut diligat Deum non iam propter se, sed propter ipsum.* Sané in hoc gradu statur & nescio si a quoquam hominum quartus in hac vita perfectè apprehenditur, ut se scilicet homo tantum diligat propter Deum. Afferant hoc qui experti sunt , mihi fateor impossibile videatur. Erit autem procul dubio cum introductus fuerit seruus bonus & fidelis in gaudium Domini sui , & inebriatus ab ubertate domus Dei. Accipe proscriptas & Catholicas.

I. Non datur *in via* status amoris Dei, qui est charitas pura & sine vlla admixtione motiui proprij interest se. Itaque timor poenarum & desiderium remuneracionum, habent adhuc (*in amore*) partem. Amari potest Deus propter meritum, perfectionem & felicitatem in eo amando inueniendam.

II. In statu vitæ contemplatiuæ seu vnitiuæ non debet amitti omne motiuum interessatum timoris & spei,

III. Non est essentiale in directione animæ tantum sequi pedetentim gratiam cum infinita patientia, præcautione & subtilitate. Non oportet se intra hos limites continere, ut sinatur Deus agere, & nunquam ad purum amorem (*in via*) ducere, nisi quando Deus per vocationem interiorem incipit aperire cor huic verbo, quod adeo durum est animabus adhuc sibimet affixis, & adeo potest eas scandalisare, aut in perturbationem coniucere. Sufficit conari ad amorem benevolum, minimè durum animabus, esto sibi simul affixis, nec eas scandalizantem aut in perturbationem coniicientem.

IV. Si dabilis sit status sanctæ indifferentiæ in via, etiam in hoc anima adhuc habere potest desideria voluntaria & deliberata propter suum interesse, esto toti gratiæ datæ fideliter coöperetur.

V. In hoc statu, si dabilis sit, aliquid nobis velle possumus, & aliquando volumus propter interesse proprium: signanter ut simus perfecti & beati. Non oportet vt perfectionem & beatitudinem velimus, merè in quantum Deo placet efficere per impressionem suæ gratiæ. Imo gratia efficaciter ita imprimens Calvinis-  
mum damnatum in *Trid.* sapit.

VI. Licet velle salutem vt salutem propriam, vt liberationem æternam, ut mercedem nostrorum meritorum, vt nostrum interesse omnium maximum. Sancti-

I. Datur habitualis status amoris Dei , qui est Charitas pura, & sineulla admixtione motui proprii interesse, Neque timor paenarum , neque desiderium remunerationum habent amplius in eo partem. Non amatur amplius Deus propter meritum, neque propter perfectionem , neque propter felicitatem in eo amando inueniendam. II. In statu vita contemplativa , seu unitiae amittitur omne motuum interessatuns timoris & spei. III. Id quod est essentialie in directione Anima est non aliud facere , quam sequi pedetentim gratians cum infinita patientia , præcautione & subtilitate. Oportet se intra hos limites continere , ut sinatur Deus agere , & nunquam ad purum amorem ducere , nisi quando Deus per unctionem intericrem incipit aperire Cor huic Verbo , quod adeo durum est Animabus adhuc sibi met affixis, & adeo potest illas scandalizare , aut in perturbationem conjicere. IV. In statu sanctæ indifferentiæ Anima non habet amplius desideria voluntaria, & deliberata propter suum interesse, exceptis iis occasionibus, in quibus toti sua gratiæ fideliter non cooperatur. V. In eodem statu sanctæ indifferentiæ nihil nobis , omnia Deo volumus. Nihil volumus, ut simus perfecti, & beati propter interesse propriam . sed omnem perfectionem ac beatitudinem volumus, in quantum Deo placet efficere, ut velimus res istas impressione sue gratiæ. VI. In hoc sanctæ indifferentiæ statu nolumus amplius salutem , ut salutem propriam , ut liberationem æternam , ut mercedem nostrorum meritorum , ut nostrum interesse omnium maximum ; sed eam volumus voluntate plena , ut gloriam , & beneplacitum Dei , ut rem, quam ipse vult , & quam nos vult velle propter ipsum. VII. Derelictio non est nisi abnegatio , seu sui ipsius renunciatio, quam Jesus-Christus a nobis in Evangelio requirit postquam externa omnia reliquerimus. Ista nostri ipsorum abnegatio non est, nisi quoad interesse proprium ... Extrema probationes , in quibus haec abne-

us tamen & consultius eam velle voluntate plena , vt gloriam & beneplacitum Dei , vt rem quam ipse vult , & quam nobis consulit velle propter ipsum .

VII. *Iesus Christus* in Euangilio a nobis non requirit , vt externa omnia relinquamus , & insuper nosmetipso , omneque interesse proprium . Consulit tantum , vt qui potest capere capiat . Tentationes quibus Deus æmulator vult purgare amorem , & extremæ probationes , si dentur , habent adhuc perfugium ad Deum , & spem quoad interesse proprium , signanter æternum .

VIII. Sacrificia quæ fieri solent ab animabus quam maximè disinteressatis , non sunt conditionalia , sed absoluta in statu ordinario . Casus unus extremarum probationum aut temptationum , in quo sacrificium absolutum fiat , falso supponitur & fingitur .

IX. Nequidem in extremis probationibus , si Deus permetteret eas , potest animæ invincibiliter persuasum esse persuasione reflexâ se iuste reprobata esse a Deo :

X. Et nequidem tunc anima diuidetur a semetipsa , nec exspiraret cum *Christo* in cruce , conquerens se derelictam . Nec in hac , vtpote falso supposita & ficta , involuntaria impressione desperationis conficit sacrificium absolutum sui interesse proprij quoad æternitatem .

XI. Nunquam anima pia amittit omnem spem sui proprij interesse . Falso asseritur : spem perfectam esse desiderium disinteressatum promissionum , quod anima nunquam amittit in parte superiori ,

XII. Nequidem tunc , esto fieri posset . Director poterit animæ piæ permettere , vt simpliciter acquiescat iacturæ sui proprij interesse , & iustæ condemnationi , quam sibi a Deo indicatam crederet : constat enim Deum neminem positivè reprobasse .

XIII. Inferior *Christi* pars in cruce communicauit superiori

abnegatio, seu sui ipsius derelictio exerceri debet, sunt tentationes, quibus Deus emulatur vult purgare amorem, nulum ei ostendendo perfugium, neque ullam spem quoad suum interesse proprium, etiam aeternum. VIII. Omnia Sacrificia, quæ fieri solent ab Animabus quam maximè disinteressatis circa earum aeternam beatitudinem, sunt conditionalia... Sed hoc Sacrificium non potest esse absolutum in statu ordinario. In uno extremarum probationum casu hoc sacrificium sit aliquo modo absolutum. IX. In extremis probationibus potest animæ invincibiliter persuasum esse persuasione reflexa, & quæ non est intimus conscientiæ fundus, se justè reprobata esse à Deo. X. Tunc Anima divisa à semetipsa exspirat cum Christo in Cruce, dicens: Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? In hac involuntaria impressione desperationis conficit Sacrificium absolutum sui interesse proprii quoad aeternitatem. XI. In hoc statu anima amittit omnem spem sui proprii interesse, sed numquam amittit in parte superiori, id est in suis actibus directis, & intimis spem perfectam, quæ est desiderium disinteressatum promissionum. XII. Director tunc potest huic animæ permettere, ut simpliciter acquiescat jacturæ sui proprij interesse, & justæ condemnationi, quam sibi à Deo indictam credit. XIII. Inferior Christi pars in Cruce non communicavit Superiori suas involuntarias perturbationes. XIV. In extremis probationibus pro purificatione amoris sit quædam separatio partis superioris animæ ab inferiori... In ista separatione actus partis inferioris manant ex omnino cœcâ & involuntaria perturbatione; nam totum quod est voluntarium & intellectuale, est partis Superioris. XV. Meditatio constat discursivis actibus, qui à se invicem facile distinguuntur... Ista compositio actuum discursivorum & reflexorum est propria exercitio amoris interessati. XVI. Datur status contemplationis adeò sublimis, adeòque perfectæ,

periori suas involuntarias perturbationes : vel potius Christus has non habuit.

XIV. Deus non permittet extremas probationes homini fragili superuenire. Si permitteret eas pro purificatione amoris, non fieret in his separatio partis inferioris animæ a superiori : nec in ista separatione (estō supponeretur) actus partis inferioris manarent ex omnino cœca & involuntaria perturbatione : nec totum quod esset voluntarium & intellectuale, esset partis superioris tantum ; sed &c inferioris.

XV. Meditatio non constat actibus discursuīs, qui a se invicem facile distinguuntur. Nec ista compositio actuum discursuorum & reflexorum est propria exercitio amoris interessati.

XVI. Non datur status contemplationis adeo sublimis adeoque perfectæ, ut fiat habitualis : vtque anima quoties actu orat, sua oratio sit contemplativa, non discursiva ; adeoque semper potest anima redire ad meditationem.

XVII. Animæ contemplatiæ non habent intuitum distinctum, sensibilem & reflexum Jesu Christi, sed intellectuale in tantum. Hoc non priuantur in ferore nascente contemplationis, neque in extremis probatio-nibus, estō darentur.

XVIII. Non datur talis status passiuus. Si daretur, dum in eo virtutes distinctæ exercentur, noscit exercens, quod sint virtutes. nec oportet ut quolibet momento cogitet facere quod Deus vult : nec amor Zelotypus id simul efficit, ne quis amplius sibi virtutem velit. Semper eam velle potest sibi tanquam subiecto & fini cui: nec virtute prædictus est, dum virtuti amplius affixus non est.

XIX. Nequidem in hoc sensu dici potest, quod anima pas-

et fiat habitualis, ita ut quoties anima actu orat, sua Oratio sit Contemplativa, non discursiva. Tunc non amplius indiget redire ad meditationem, ejusque actus methodicos. XVII. Anima Contemplativa privantur intuitu distincto, sensibili & reflexo Iesu Christi duobus temporibus diversis— Primò in fervore nasciente earum Contemplationis— Secundo, Anima amittit intuitum Iesu-Christi in extremis probationibus. XVIII. In statu— passivo excentur omnes virtutes distinctæ, non cogitando quod sint virtutes. In quolibet momento aliud non cogitatur, quam facere id, quod Deus vult, & amor Zelotypus simul efficit, ne quis amplius sibi virtutem velit, nec umquam sit adeò virtute præditus, quam cum virtuti amplius affixus non est. XIX. Potest dici in hoc sensu, quod Anima passiva, & disinteressata nec ipsum amorem vult amplius, quatenus est sua perfectio, & sua felicitas, sed scilicet quatenus est id, quod Deus à nobis vult. XX. In confitendo debent Animæ transformatae sua peccata detestari, & condemnare se, & desiderare remissionem suorum peccatorum, non ut propriam purificationem, & liberationem, sed ut rem quam Deus vult, & vult nos velle propter suam gloriam. XXI. Sancti Mystici excluderunt à statu Animarum transformatarum exercitationes virtutum. XXII. Quamvis hæc doctrina (de puro amore) esset pura, & simplex perfectio Evangelica in universa traditione designata, antiqui Pastores non proponebant passim multitudini fustorum, nisi exercitia amoris interessati eorum gratia proportionata. XXIII. Purus amor ipse solus constituit totam vitam interiorem, & tunc evadit unicum principium, & unicum motivum omnium actuum, qui deliberati, & meritorii sunt. Non intendimus tamen per expressam propositionum hujusmodi reprobationem alia in eodem Libro contenta ullatenus approbare. Romæ 12 Martij M DC XCIX, Pont. N. Anno 8. J. F. Card. Albanus.

passiuæ & disinteressata , nec ipsum amorem velit, quatenus est sua perfe<sup>tio</sup> & sua felicitas ; sed solum quatenus est id, quod Deus a nobis vult. Exercitia tam perfecta Deus referuauit Patriæ, ut beatitudinem ipsam.

**XX.** In confitendo non debent animæ sua peccata detestari & condemnare se &c. ut rem quam Deus vult, & vult nos velle propter gloriam suam. Semper possunt sua peccata detestari & condemnare se, & desiderare remissionem peccatorum suorum , ut propriam purificationem & liberationem.

**XXI.** Sancti Mystici non excluderunt a statu animarum, esto transformatarum, exercitationes virtutum.

**XXII.** Vel hæc doctrina (*de puro amore prefato*) non est pura & simplex perfectio Evangelica , vel intellecta de puro amore ordinario & possibili viatori , est pura & simplex perfectio Evangelica in vniuersa traditione designata. Hanc passim antiqui Pastores proponebant multitudinē iustorum , non autem sola exercitia amoris interessati: ampliorem enim Deus eis offerebat gratiam.

**XXIII.** Purus amor proscriptus impossibilis moraliter, & forte absolutè homini viatori; unde ipse solus non constituit totam vitam interiorem. Purus & perfectus amor benevolus homini viatori possibilis est : attamen hic solus non constituit vitam interiorem licet præcipue constituat, concurrunt virtutes aliæ Thelogicæ & morales, neque solus amor purus est vnicum principium & vnicum motium omnium actuum , qui deliberati & meritorij sunt.

Spectatâ communâ doctrinâ S. Matris Ecclesiæ , cui ad amissim nititur se conformare scola nostra, præfatæ Propositiones videntur nobis in sensu obuio & vulgari, Moraliter contradictoriæ Propositionibus proscriptis. parati equidem sumus corrigi a doctioribus , & melius sentientibus.

Benevolō Lectori & S. Scripturæ Studiosis.

Ne pereant Scientiæ & Artes, necessarij Magistri & docentes ! sed non minus necessarii zelosi ac capaces incipientes & Discipuli. Hi a facilioribus ad difficiliora addiscenda manuducendi. sic pedetentim ac sensim & sine sensu fient Proficientes, deinde Perfecti, immo Magistri. Regulæ ac prima principia primò addiscenda & retinenda vbiue ; quia fundamenta.

Scientia Salutis & sacra præcellit alias omnes. hæc obtinenda mediante studio Scripturistico. Scientia hæc latissimè patet, quia omnis scientia & ars S. Scripturæ permixta. igitur vt aliquis Magister euadat, oporteret nosse omnium Scientiarum principia. *qnis est hic ut laudemus eum?* conemur vt saltem Discipuli fiamus primo Alphabetum scripturisticum ediscendo. ita proficiemus ad fidem Orthodoxam tuendam, Deum sancte colendum ac propriam proximorumque salutem promouendam.

Dividuntur libri S. Scripturæ in *Historiales*, *Legales*, *Prophetales* & *Sapientiales*. igitur materia scripturistica quadruplex: *Historialis*, *Legalis*, *Prophetalis* & *Sapientialis*. Materiæ hæc vbiue fere invicem intermixtæ. Materia facilior est *Historialis*, a qua inchoandum. Historiarum tempus, locus, personæ & facta accuratè obseruanda. tempus nos docebit fidelis & reformata *Chronologia*: locum exacta *Geographia* seu *Cosmographia*: personas accurata *Genealogia*: & facta cum circumstantiis, verax docebit *Historia*.

Vti Tyroni Christiano sufficit *Catechismus Catholicus* unus ex quo discat scientiam Salutis abundé; ita Tyroni Scripturistico sufficit *Chronologia*, *Geographia*, *Genealogia* & *Historia* vna bene concatenata & antilogiis apparentibus aliisque oppositionibus occurrentis, ex quibus discat Scientiam, S.

Chro-

Chronologia S. iuxta vulgaram.

Ab Adam ad Diluvium in linea recta Patriarchali per-					
sonæ 11. generationes 10 : totidem a Diluvio ad Abram.					
An. M. ò. 6 die genuit supervixit in toto an. Ch.					
I Adam	130.	800	930	4184	
130. II Seth	105	807	912	4054	
235. III Enos	90	815	905	3949	
325. IIII Cainan	70	840	910	3859	
395. V Malaleel	65	830	895	3789	
460. VI Iared	162	800	962	3724	
622. VII Henoch	65	300	365	3562	
687. VIII Mathusalem	187	782	969	3497	
847. IX Lamech	182	595	777	3310	
930. Adam mors	930.	.	.	3254	
987. Enoch raptus	365.	.	.	3197	
1056. X Noë	500	450	950	3128	
1140. Enos mors	905.	.	.	3044	
1142. Setb mors	912.	.	.	3042	
1235. Cainan mors	910.	.	.	2949	
1290. Malaleel mors	895.	.	.	2894	
1422. Jared mors	962.	.	.	2762	
1556. XI Sem	100	500	600	2228	
1557. Japhet Cham	.	.	.	2627	
1651. Lamech mors	777.	.	.	2533	
1655. Mathusalem mors	969.	.	.	2529	
1656. Diluvium	.	.	.	2528	
1658. a Dil. 2. XII Arphaxat	35.	303.	338.	2526	
1693. 37. XIII Cainan	30.	270.	300.	2491	
2723. 67. XIV Sale	30.	403.	433.	2461	
1753. 97. XV Heber	34.	430.	464.	2431	
1787. 131. XVI Phaleg	30.	209.	239.	2397	
1817. 161. XVII Reu	32.	207.	239.	2367	
1849. 193. XVIII Sarug	30.	200.	230.	2335	
1879. 023. XIX Nachor	29.	119.	148.	2305	
1908. 252. XX Thare	130	75	205	2276	
2038. 380. XXI Al raham				2146	

Iuxta LXX Interpretes.

An. Mundi.	Genuit.	Superuixit.	In totum An. Chr.
0.6.Die.	I. Adam. an. AEt. 230.	700. 930.	5634
230,	II. Seth.	205. 707. 912.	5404
435.	III. Enos.	190. 715. 905.	5199
625.	IV. Cainan.	170. 740. 910.	5009
795.	V S. Malaleel.	165. 730. 895.	4839
930	Adam M. 930.		4704
960.	VI. Iared.	162. 800. 962.	4694
1122.	VII. Henoch.	165. 200. 365.	4512
1142	Seth M. 912.		4592
1287.	VIII. Mathusalem.	187. 782. 959.	4347
1340	Enos M. 905		4094
1474.	IX. Lamech.	182. 595. 777.	4160
1487	Henoch rapt	365	4147
1535	Cainan M. 910		4099
1656.	X. Noe.	500. 450. 950.	3978
1690	Malaleel M. 895		3944
1922	Iared M. 962		3712
2155.	XI. Sem.	100. 500. 600.	3478
2227	Lamech. M. 753		3407
2255	Mathusalem M. 969		3379
2256.	Diluvium.		3378
2258.a	Dil. 2 XII Arphaxat	135 300 435	3376
2393.	137 XIII Cainan	130 330 460	3241
2523.	267 XIV Sale	130 330 460	3111
2653	397 XV Heber	134 270 404	2981
2787	531 XVI Phaleg	130 209 339	2847
2917	661 XVII Reu	132 207 339	2717
3049	793 XVIII Sarug	130 200 330	2585
3179	923 XIX Nachor	179 125 304	2455
3353	1052 XX Thare	130 135 205	2276
3488	1182 XXI Abraham		

An. A. hinc nulla differentia inter vulgatam et LXX.

9.	Loth filius Aran nascitur &	2137
10.	Sara Soror Loth vxor Abræ	2136
70.	Abraham egreditur ex yr in Haran	2076
75.	Thare moritur in Haran. Abram exit inde	71
77.	Ob famem ex Chanaan in Aegyptum pergit	69
79.	redit ex Aegypto in Bethel & Mambræ	67
80.	pugnat pro Loth, quem Liberat,	66
86.	Abraham accipit Agar in vxorem	60
87.	Ismael nascitur : dein cum Agar cœxitur	59
100.	Circumcisio instituitur & servatur	46
01. XXII.	Isaac nascitur in Bersabee	45
05.	Isaac ablactatur: ab Ismael vexatur	41
25.	Isaac educitur ut immoletur.	21
37.	Saræ Mors an. 127 in Mambræ sepelitur	09
40.	Isaac Dicit Rebeccam vxorem	06
61. XXIII.	Esaï & Jacob gemelli nascuntur	86
75.	Abrahæ mors in Mambræ sepelitur	71
94.	Isaac ob famem it in Geraram	52
201	Esaï dicit vxores 2	45
24	Ismael moritur An. 137 relictis 11 filiis	24
37	Jacob benedictus fugit in Haran an. 77	09
40	Rebecca moritur An. 114 & sepelitur	06
44	Jacob in Haran dicit Liam & Rachel	1902
47 XXIV.	Iudas post Ruben, Simion, Leui, nascitur	1899
51	Gignit 11 proles. unus Ioseph	95
58	Redit cum tota familia in Chanaan.	88
58	Jacob Moratur in via Galaad & Soclor	87
59	& sequentibus habitat prope Sichem	86
66	Dina stupratur a Sichem, vnde strages horum	80
67	Beniamin nascitur, Rachel moritur &	79
68	Joseph venditur a fratribus Judas dicit vxorem	78
79	Joseph an. 28 carceratur in Aegypto	67
80	Isaac moritur an. 180 & sepelitur	66
81	Joseph liberatur & Aegypto præficitur	65
82 XXV.	Phares & Zara de Thamar, nascuntur	64
88	Finiuntur 7 anni fertilitatis.	58
96	Jacob cum familia it in Aegyptum	56
91	Job sub hac tempora viuere incipit an. 210	55
307	Jacob moritur an 147, sepelitur in Hebron	39
47 XXVI.	Eson in Aegypto nascitur	1799

An. Abr.	ant. Chr.
61	Iosephi moritur in Ægypto an 110 & alii
406	XXVII. Aram nascitur in Ægypto
70	XXVIII. Aminadab ibidem nascitur
72	Aaron nascitur an. 5 post Mariam Moyses
504	XXIX. Naasson nascitur sub afflictione
13	Iosue nascitur an. 40 post Moysen
14	Moyses occiso Ægyptio in Madian
17	Caleb nascitur
53	Moyses mittitur in Ægyptum liberator
54	Exit Moyses Ægyptum per mare rubrum
55	Data lege in Sinai erigitur Tabernaculum
56	Vagantur Hebrei 38 annis in deserto,
59	Chore perit cum sociis floret virga Aaron
77	XXX. Salmon in deserto nascitur
93	Moritur Maria an 127 & Aaron 123
94	Moyses Iosue substituto obit 120 an.
95	Hebrei transiunt Iordanem in Chanaan
601	Prima diuisio obrentæ Chananeæ
22	Iosue moritur an. 110. Seniores præsunt
31	Historia Michæ Dan & Beniamin
33	Prima Idololatria Hæbræorum. punitio
34	I. Servitus 8. an. sub Chusan Mesopotamo
42	Othoniel liberat iudicat 40 an.
57	XXXI. Booz ex Raab nascitur in Chanaan
82	II. Idololatria mortno Othoniele
83	II. Seruitus 18 an sub Eglon Rege Moab
701	Aod liberat, & iudicat 80 an.
37	XXXII. Booz secundus nascitur
81	Aod mortuo Samgar iudicat 1. an. fere
82	III. Idololatria his mortuis incipit.
83	III. Servitus sub Iabin Rege Chanaan an. 20
803	Barac & Debbora liberant. Iudicant 40 an.
17	XXXIII. Booz tertius nascitur
43	IV. Idololatria mortuis Barac & Debbora
44	IV. Scrvitus sub Madiam Amalec &c. 7 an.
50	Gedeon liberat & 40 an, iudicat
90	Abimelech iudicat an. 3
93	Thola iudicat an. 23
97	XXXIV. Obed ex Ruth nascitur
916	Iait iudicat an. 22.
38	V. Idololatria. Baal, Astaroth, Tyri, Sidon &c.
39	V. Servitus 18 an sub Ammonitis

An. Abr.

an. Chr.

57	Iephthe liberat & iudicat 6.	an. Abes.	Aial.	1189
78	Iesse seu Isai nascitur			68
88	VI. Idololatria & Servitus sub Philis,	40 an.		58
1010	Sampson iudicat sub servitute & defendit			36
30	Heli iudicat solus mortuo Sampson			16
50	Samuel post Heli 40 an. 18 cum Saul			1096
60	Dauid nascitur			1086
71	saul regnare incipit ad 20 ari.			75
82	Dauid prima vice vngitur a Samuele			64
88	Samuel moritur & Saul solus regnat			58
90	Saul moritur cum Ionatha in Gelboe			56
91	Dauid regnat in Hebron post Saul. 40 an.			55
99	Isboseth occidit proditorie			47
1100	Dauid expugnat arcem Sion			46
08	Ammon violat fororem Thamar			38
10	Absolon Ammonem iubet occidi			36
23	Absolon in Hebron rex proclamatur			23
30	David designat Salomon successorem			16
31	Salomon regnare incipit solus			15
34	Inchoat Templi fabricam			12
42	Perficitur Templum			04
54	Regina saba venit ad Salomonem			992
66	Salomon pervertitur. Hostes: Adad: Rason			80
69	Salomon moritur. regni diuisio			77

Reges Iuda an. R. an.Chr. Reges Israel. an.R. an.Chr.

1171. 1. Robo.	R. 17.	975	1171. 1. Ierobo.	R. 21.	975	
88. 2 Abiam	3.	58	92	2. Nabad	1.	54
91. 3 Afa	41.	55	93	3. Baasa	23.	53
1232. 4 Iasaphat	23	14	1216	4. Ela	1.	30
1257. 5. Ioram.	6.	889	1217. 5. Zamridi.	7.	929	
62. 6. Ochosias	1.	884	17. 6. Amri	11.	29	
63. 7. Athalia	6.	83	17. 7. Achab	11.	17	
69. 8. Ioas	40.	77	41.	Elias	5	
1308. 9. Amasias	29.	38	45.	Benadad Syriæ	1	
37. 10. Ozias	52.	9	47.	Eliseus	899	
49. Ioel Prop.	797		50. 8. Ochosias	1.	96	
67. Isaias.	79		51. 9. Ioram	12.	95	
68. Abdias.	78		63. 10. Iehu	28.	83	
88. 11. Ioathan.	16.	58	66.	Ionas in Ninive	80	
1400. Micheas	46		83.	Sardanapali M.	63	
405. 12. Achaz	41		84.	Phulbelochus	62	
20. 13. Ezechias	29.	26	91. 11. Ioachaz	16.	55	

25.	Nahum	21	1305.	Benadad II.	41
29.	Sennacherib	17	307. 12.	Ioas	39
34.	Obsidet	12	324. 13.	Ierob. II	24
35.	185000 cadunt.	11	31.	Phulassar	15
38.	Habacuc	8	38.	Ozeas.	8
48.	Nabuchodon I	698	59.	Amos	787
49. 14.	Manasses	55.	63	Interreg. II.	83
55.	capitul	91	74. 14.	Zacharias	6 m 72
56.	Iudith	90	74. 15.	Sellum 1. m.	72
1504. 15.	Amon	2.	75. 16.	Manahen.	10. 71
506. 16.	Iosias	31.	85. 17.	Phaceia	2. 61
507.	Sophonias.	39	87. 18.	Phacee	20. 59
28.	Ieremias.	28	96.	Teglatphalasar	50
37. 17.	Ioachaz	9	96.	Captiu. I. Tob.	50
38	Nabuchod. II.	8	1417. 19.	Ozee	9. 29
38. 18.	Ioakim	8	19.	Salmanasar	27
41.	Captiu. I. Dan.	5	25.	Captiuitas II	21
41.	Baruch	5	29.	Sennacherib	17
44.	Daniel	4	36.	Assarhaddon	10
45.	Ezechiel	1	48.	Nabuchod. I	696
48. 19.	Iechon. 3. m.	598	56.	Holophernes.	90
48.	Captiuitas II.	98			
48. 20.	Sedecias.	11.			
59.	Captiuitas III.	87			

Captiuitas Babilonica duravit 70 an. qui computandi  
a primo an. Nabuchodon. Iunioris. regnauit hic. an. 43.  
An. Abr.

An.R.43. An.Chr.

1584.	Evilmerodach liberat Iechoniam.	2.	562
87.	Balthassar cum Niriglissaro tutore	5.	59
87.	Cyrus incipit in Persia regnare	30.	59
82.	Darius Medus seu Naboni occiso Balt.	17.	54
99.	Cyrus in Media mortuo Astyage Rex	47	
1610.	In Affiria & Babilonia victo Dario	3.	36

Incipit Monarchia Persarum soluta Captiuitate.


16.	Cambyses Cyri Fil. vetat ædificari Ierus. R.7.	30
23.	Oropastus Magus simulatus filius Cyri	1. 23
24.	Darius Hystaspis filius, concedit ædificari	36. 22
25.	Aggæus & Zacharias prophetant	521
26.	Malachias pariter sub Dario Hystaspis.	20
29.	Templum completur & dedicatur an. 6. Darii	17
60.	Xerxes Darii filius	21. 486
74.	Artaxerxes longimanus cum patre	72


A. Abr.	an. Chr.
81. Mortuo patre solus regnat	41. 65
97. an. 7. R. concedit Esdræ quidquid petit, Esth.	59
93. an. 20. R. concedit reædificari muros Ierusal.	53
1722. Xerxes II. 2. mensibus & Sogdianus frater 7. m. R	24
22. Darius Nothus II	19. 24
41. Artaxerxes Mnemon II	43. 5
84 Artaxerxes Ochus III	23. 362
7 Arsæ seu Arsamis	4. 39
1810 Darius Codomannus vltimus	6. 36


Deficit Persarum: succedit Græcorum Monarchia

16. Alexander M. maced. vincit Darium Cod R. 6. 330

A. Ab. Reg. Ægy. an. R. an. Ch. An. Abr. Syri. an. R. an. Ch.	
1822 Pto. Soter	40. 324
62 P. Philadelp.	38. 284
99 P. Evergetes	26. 47
1925 P. Philopat.	17. 21
41 P. Epiphan.	24. 4
65 P. Philom.	35. 181
2000 P. Everg. II.	29. 46
29 P. Laturus	17. 17
46 P. Alexander	10. 100
56 P. Laturus id.	8. 90
64 P. Alexa. II.	19. d. 82
P. Alexa. III.	16. d.
82 P. Aulet. Noth.	13. 64
95 P. Dionisius	5. 51
99 Cleopatra	17. 47
Desinit Monarchia Græcorum & succedit Monarchia Romanorum: sub qua ex protoparentibus a Captiuitate Babilonica: Salathiele: Zorobabele: Abiud: Eliacim: Azor: Sadoc: Achim: Elind: Eleasar: Mathan: Jacob: Joseph: Nutritio: & sponsa eius B. V. Maria. Jesus Christus saluator mundi nascitur.	
1834 Seleuc. Nic.	32. 312
65 Antioch. Sot.	19. 281
84 Antiochus II.	15. 62
99 Seleucus II.	20. 47
1919 Seleucus III.	3. 27
22 Antioch. III.	36. 24
58 Seleucus IV.	12. 188
70 Antiochus IV.	11. 76
82 Antiochus V.	2. 64
84 Demetrius	11. 62
95 Alexander	5. 51
2000 Demetr. II.	5. 46
5 Tryphon	2. 41
7 Antiochus VI.	9. 39
17 Demetr. idem	4. 29
21 Seleucus V.	1. 25
22 Antioch. VII.	12. 24
33 Antioch. VIII.	18. 13
50 Seleucus VI	1. 96
51 Antioch. IX	1. 95
52 Antiochus X	94
Philippus	
Demetrius.	
Tygranes.	
Antiochus XI	







68

